~~15~~
Séc. XVI
12

Este livro foi da livraria
de meu grande e sempre sau-
doso amigo, o Sr. Amador An-
tonio de Sousa Bermudes
e Torres, Fidalgo da Caza
do Rei, Senhor de Paderne,
Deputado da Mesa da Con-
ciencia e Ordens, &c.ª q tendo-
do-mo promettido em vida,
não mo chegou a dar por
cauza da sua accelerada
morte. Mas á sua vont.de
satisfez sua dignissima Consorte,
a Ill.ma Sra D. Anna Alberta
Moniz Coelho, por cujo benef.º me
chegou á mão hoje 8 de Jun.º de 1767.
Joam Antonio Bezerra de Lima.

# ❧ Inſtitutiones Grammaticæ Latinæ, per Nicolaum Clenardum.

Este liuro naõ se empresta.




❧ Excuſæ Bracaræ Anno . M. D. xxxviij. ſumptibus Gulielmi a Traiecto.

## Cum priuilegio regio.

Ne quis alius intra proximũ ſexennium hũc libellum aut in Portugallia excudendum curet, aut alibi excuſum vendat.

a b c d e f g h i k l m n
o p q r ꝛ ſ s t v u x y z

Vocales quinque. Vocalis græca.
a e i o u y

Conſonantes.

b c d f g h i k l m n p q r ſ t v x z

Nunc vocales, nunc conſonantes.

i iacio. u vanus

Diphthongi quatuor.

æ œ au eu

ph valet f, diph diſ.

Syllaba.

ba be bi bo bu. ab eb ib ob ub.

Dictio.

Literæ, vocales, quinque, græca, conſo-
nantes, nunc, iacio, vanus,
diphthongi, quatuor, valet, ſyllaba,

Oratio.

Præceptor docet diſcipulum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | literis | | ſyllaba. |
| E | ſyllabis | conſtat | dictio. |
| | dictionibus | | oratio. |

Partes orationis octo

Nomen, pronomen, verbum, participium,
præpoſitio, aduerbiũ, cõiũctio, interiectio.

## Prima declinatio.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| a | æ | æ | am | a | a |
| æ | arum | is | as | æ | is |

Schola, ferula. bona, mala.

## Caſus ſex.

Nominatiuus, Genitiuus Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

## Numeri duo.

Singularis, Pluralis.

## Secunda declinatio.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| us | i | o | um | e | o |
| i | orum | is | os | i | is |

Dominus, ſeruus, bonus malus.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| um | i | o | um | um | o |
| a | orum | is | a | a | is |

Scamnum, lignum. bonum, malum.

## Genera tria.

Maſculinum, dominus, bonus, hic
Fœmininum, ſchola, bona, hæc.
Neutrum, ſcamnum, bonum, hoc.

Nomina neutra ſemper tres caſus habẽt ſimiles, nominatiuum, accuſatiuum, et vocatiuum.

Hi caſus plurali numero ſemper deſinunt in a.

## Nomen duplex.

Subſtantiuũ, vt dominus, ferula, ſcamnũ.
Adiectiuum, vt bonus, bona, bonum.
Subſtantiuum eſt, cui poteſt addi bonus, malus, magnus, paruus. vt equus eſt ſubſtãtiuum, quia dicimus, bonus equus, malus equus, magnus equus, paruus equus
Adiectiuũ eſt, cui poteſt addi res. vt bonus, malus, quia dicimus, res bona, res mala.

## Adiectiua trium generum.

| Maſ. | Fœ. | Neu. |
|---|---|---|
| Bonus | bona | bonum. |
| Malus | mala | malum. |

## Declinantur, vt

| | | |
|---|---|---|
| Dominus | Schola | Scamnum. |

Adiectiuum et ſubſtantiuum, concordant genere, numero, et caſu.
Bonus dominus, boni domini.
bona ſcohla, bonæ ſcholæ.
bonum ſcamnum, boni ſcamni.

## De ſubſtantiuo.

Quando duo ponuntur ſubſtãtiua nomina, quæ ad diuerſa pertinent, alterum eſt genitiui caſus.

oculus domini.

Er non creſcens Canon

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Er | ri | ro | rum | er | ro |
| ri | rorum | ris | ros | ri | ris |

Ager, arbiter, auſter, cancer, caper, culter, coluber, faber, liber, magiſter.
Aber, ater, cantaber, glaber, ludicer, niger, pulcher, vafer, teter, ſiniſter.

Excipe Er creſens.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Er | èri | èro | èrum | er | èro |
| eri | erorum | eris | eros | eri | eris. |

Gener, puer, preſbyter, ſocer.
Adulter, aſper, cæter, exter, gibber, lacer, liger, miſer, proſper, tener.
Liber liberi, non ſeruus. et bacchus.

Et A gero et fero

Clauiger, corniger, laniger, armiger, Lucifer, opifer, ſignifer, ſomnifer.

Dexter dexteri vel dextri.

Nomen creſcit, quando genitiuus habet plures ſyllabas, quam nominatiuus, vt puer pueri, gener generi.

Ir creſcens

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ir | ìri | ìro | ìrum | ir | ìro |
| iri | irorum | iris | iros | iri | iris. |

Vir, ſemuir, leuir, treuir.

Ur creſcens

ur uri uro urum ur uro
uri urorum uris uros uri uris.

Satur.

Adiectiua

Maſ. Fœ. Neu.

Er non creſcens.

Niger nigra nigrum

Er creſcens.

Miſer miſera miſerum

Ur creſcens.

Satur ſatura ſaturum

Appendix

Genitiuum in ius, datiuum in i, faciunt
vnus, vllus, nullus, vter, neuter, alius,
alter, ſolus, et totus. ſuntque adiectiua.
vter vtra vtrum vtrius vtri.
Alter altera alterum alterius alteri.
Alius alia aliud, alius i longo, alij.
Hæc olim declinabãtur perinde atq; reli-
qua adiectiua in us et er.
Terminationes ſecũdæ declinationis ſũt
quinque, us, um, er, ir, ur.
Terminatio eſt dictionum finis.
Vocatiuus nominũ i us, eſt e, domine.

Sed deus, populus, chorus, et agnus etiam caſus ſunt vocatiui.
Propria nomina in ius, abijciunt us in vocatiuo. antonius, antoni.
Sic et appellatiuum filius fili.
Proprium nomen eſt. quod vni tãtum cõuenit. appellatiuum, quod multis.

Præpoſitiones accuſatiui caſus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ad | apud | ante | aduerſum | cis |
| citra | circum | circa | contra | erga |
| extra | inter | intra | infra | iuxta |
| ob | per | penes | pone | poſt |
| præter | prope | propter | ſecundum | ſecus |
| ſupra | trans | vltra | vſqz | verſus |

ad dominum. apud forum.

Ablatiui caſus

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| a | ab | abs | cum | coram |
| clam | de | e | ex | præ |
| pro | palam | ſine | abſqz | tenus. |

A puero. ab oſtio

Vtriuſqz caſus.

In Sub Super Subter

Aſcendit in cœlum. In vino veritas.

Præpoſitiones inſeparabiles.

Di dis re ſe an co con

Tertia declinatio

is i em e
es um ibus es es ibus
a a a

Nominatiuus varias habet terminatio-
nes, eiſque ſimilis eſt vocatiuus.
Ablatiuus e. nunc i, nunc e et i.
Genitiuus pluralis um. quandoqꝫ ium
quandoqꝫ um et ium.
Neutra pluraliter efferuntur per a, inter-
dum per ia.

A ãtis ati a a ate
ata atum atibus ata ata atibus.

Dogma, Poema, Scomma, Thema.
Omnia ſunt neutra in ma, et græca.

E is i e e i
ia ium ibus ia ia ibus

Cubile, conclaue, mare, ouile.

Adiectiua.

Dulce, triſte, Graue, leue.
Quando ablatiuus deſinit in i, tum plu-
ralis nominatiuus eſt ia, genitiuus ium.
Nomina in e ſunt neutra. adiectiuorum
autem maſculinum et fœmininum deſinit
in is. hic et hæc dulcis, hoc dulce.

O ónis oni onem o one ones onum onibus ones ones onibus.
Sermo, cerdo, helluo, latro, ligo, præco, prædo, pernio, titio, tyro, vdo, et cætera maſculina. adde hæc vrèdo.

Fœminina in io

Concio, actio, auctio, contagio, factio, legio, mentio, natio, opinio, obliuio, Ratio, regio, ſuſpicio et alia verbalia.
O ìnis ini inem o ine ines inum inibus ines ines inibus.
Cardo, Ordo, turbo, Apollo, maſculina virgo, homo, nemo, communia.
Margo, dubium.
Commune nomẽ eſt, quod in mares quadrat genere maſculino, in fœminas genere fœminino. hic et hæc homo.
Dubiũ, quod nunc reperitur maſculinũ, nunc fœmininum.

Fœminina in do et go.

Arundo, capedo, cupido, crepido, formido, hirundo, hirudo, libido, teſtudo.
Albúgo, ambágo, calígo, cõpágo, erúgo, ferrúgo, fulígo, indágo, lanúgo, propágo. et multa item alia.

Nomina vero in do et go, fœminina ſunt, præter ſex maſculina, cardo, cudo, harpago, ligo, ordo, vdo, et dubium margo.
Hæc caro carnis carnium.
hic Anio aniénis, nomen fluuij.
Hæc Nerio neriénis, vxor Martis
Ac actis. lac lactis hoc.
Ec écis. halec, hæc aut hoc.
Id ídis. dauid. hic.
Ud ùdis. bogud. hic.
Al ális. hoc. ablatiuus i.
Animal, bidental, capital, ceruical, puteal, toral, tribunal, vectigal,
Al àlis, hic.
Sal, hannibal, haſdrubal, hiempſal.
Olim ſal neutrum erat, et ſic vſurpatur in ſacris codicibus.
El élis. hic.
Daniel, gabriel, michael, raphael.
Sed mel mellis, fel fellis, neutra ſunt.
Il ìlis, hic mugil.
Mugil et vigil communia ſunt.
Ol ólis. hic ſol.
Ul ùlis, conſul, proconſul, hic.
præſul, exul, coexul, hic et hæc.

An ánis. hic.
Titan, pan, pæan, azan, acarnan.
En ìnis. hoc
Nomen, abdomen, bitumen, examen, flamen, flumen, fulmen, gluten numen, lumen. et alia complura.
Cen a cano maſculinum
Cornicen, fidicen, tubicen, tibicen, oſcen, lyricen, liticen, adde pecten.
En énis hic.
Ren, rien, Splen, lten, lichen, attagen.
Sed hæc ſiren ſirénis.
hic hymen hymènis vnde hymenæus.
In ínis. hic delphin.
On ónis.
Agon, babylon, helicon, ſampſon, Simon, Sidon, Sinon, Solon.
On ònis.
Canon, dæmon, ſindon, icon.
On ontis.
Charon, phaeton, biſon, phlegeton.
Nomina in on ſunt maſculina, præter hæc ſindon et icon.
Sunt autem ferme omnia græca, ideoqꝫ terminatio genitiui petenda eſt a græcis.

Ar áris hoc. ablatiuus i.
Altar, calcar, cochlear, laquear, lupánar, ſpecùlar, torcúlar, puluinar.
Adde hic nar, náris, ablatiuus nare.
Ar āris.
Nectar, iubar, baccar, cæſar, lar, par hoſtar, hamilcar, geſtar, arar.
hepar hepātis. Far farris gemino rr.
Finita in ar ſunt neutra, altar, nectar Sed hic cæſar, lar, nar, arar. quia vt virorum, ſic deorum, et fluuiorum nomina ſūt maſculina.
Baccar fœmininum eſt, nomen herbæ.
Par ſubſtātiuum eſt neutrum, vt par calceorum, paria amicorum.
Par adiectiuum eſt omnis generis, cum compoſitis, impar, compar, diſpar. vt par ſcientia, id eſt æqualis ſcientia.
ablatiuus e vel i, genitiuus ium.
Simplex nomen, vt par.
Compoſitū nomen vt compar. quia componitur e ſimplici nomine par, et præpoſitione inſeparabili con, verſo n in m.
Siquidē litera n, ante b m et p, cōuertitur in m, imberbis, immiſidus impudens.

Er èris Canon

hic Anſer aſſer aer, agger, æther, cãcer, carcer, cucumer, later, paſſer, veſper.
hæc mulier, tuber arbor, nã hic tuber fructus, hoc tuber callus terræ et tumor.
hic et hæc degener, pauper. puber impúber. huber id eſt abundans.
hoc cadauer, cicer, lauer, laſer, piper, papauer, ſpinter, zinziber, ſiler, ſuber, verber, acer arbor, huber mamma.

Er éris hic græcum

Character, crater, clyſter, panther, luter, preſter, Iber, Soter, Stater, Sic Hoc ver veris latinum.

Ter tris

hic pater, frater, vter, accipiter.
hæc mater, hæc vel hic linter,

Adiectiua in ber, cer, ter.

Celeber celebris celebre celebri.
inceleber, ſaluber, inſaluber, Alacer, volucer, acer pro forti Campeſter, equeſter, pedeſter, ſylueſter.
Faciunt genitiuum in bris, cris, tris. quorũ fœmininum in is neutrum in e, ablatiuus in i. adde celer, celeris, celere.

hic Imber bris. ſic September, october, nouember, december.
Hoc iter, itineris. hic iuppiter, iouis: hic mulciber mulcibèris, vel mulcibris.
Hic Iber ibéri, et celtiber celtibéri, ſecũdæ vel Iber iberis tertiæ.
Sequeſter eſtra eſtrum, ſecundæ, vel hic ſequeſter, hæc eſtris, hoc eſtre.
Nomina in er tam ſecũdæ, q̃ tertiæ declinationis ſunt maſculinina.
Fœminina ſunt mulier, et tuber arbor.
Nam mulierum et arborum nomina ſunt fœminina. vt Glycerium, pyrus.
Neutra ſunt cadauer, cicer, et reliqua ſupra poſita.
Linter dubium, ſed rectius fœmineum.
Communia degener cum cæteris, quæ tamen in quibuſdam caſibus etiam reperiuntur neutra. lis eſt de paupere regno.
Adiectiua trium generum, et terminationum ſunt illa in ber, cer, ter.
Adiectiuorum autẽ aut eſt vna terminatio, hic hæc et hoc par, impar.
aut duæ, hic et hæc dulcis, hoc dulce.
aut tres. hic acer, hæc acris, hoc acre.

Ir ìris. hæc vel hoc Gadir. hoc hir.
yr yris. hic et hæc martyr. hoc pyr.
Ir ſecundæ declinationis eſt maſculinum.
vir, leuir, triumuir, decemuir.
Ir tertiæ neutrum hir. gadir dubium.
yr græcum eſt, vnum commune, martyr.
alterum neutrum, pyr.

Or óris hic.

Amor, candor, decor, dolor, fulgor,
fragor, mœror, rumor, ſplendor, timor,
tumor, vapor. et alia q̄ plurima.

Author, actor, amator, auditor,
doctor, lector, pictor, ſcriptor,
et innumera finita in tor.

hæc ſoror, vxor.

hic et hæc doctior, albior, nigrior,
pulchrior, turpior, ſenior, iunior,
et cætera comparatiua.

Quorũ neutrũ ĩ us, hoc doctius doctioris.
Semper autem neutra adiectiuorum, ha-
bent eundem genitiuum cum maſculino.

Gradus comparationis tres.

Poſitiuus, vt doctus.
Comparatiuus, vt doctior.
Superlatiuus, vt Doctiſſimus.

Poſitiuus eſt quoduis adiectiuum.
Comparatiuus et ſuperlatiuus, fiunt a caſu, qui deſinit in i, addẽdo or, et ſſimus. doctus, doctior, id eſt magis doctus. doctiſſimus, id eſt maxime doctus. ſed et accipit rimus, acer acrior acerrimus.

Comparatiuus regit ablatiuum, vt candidior cygno, id eſt, quam cygnus.
Superlatiuus regit genitiuum pluralẽ, vt doctiſſimus diſcipulorum.

Or oris
hic rhetor, caſtor, hector, neſtor.
hæc arbor, hoc æquor marmor.

Adiectiua

Hic hæc et hoc memor, immemor, dedecor, indecor, bicorpor, tricorpor, quæ ſunt compoſita a decus, et corpus.
hoc cor cordis cordium.
Hoc ador indeclinabile tradunt grammatici. legitur tamen genitiuus adoris, nunc o longo, nunc o breui.

Nomina in or ſunt maſculina, præter hæc arbor, ſoror, vxor.
hoc cor, ador, æquor, marmor.
Adiectiua ſuo iure ſunt omnis generis.

Ur ùris

hoc guttur, murmur, ſulphùr, Tybur.

hic vultur, turtur, furfur, Aſſur.

hic et hæc, augur, Ligur.

hic, hæc et hoc cicur.

Ur úris, hic et hæc fur, triſur

Ur òris hoc.

Ebur, femur, iecur, robur.

As átis

hæc facultas, ſimultas, vetuſtas

bonitas benignitas Charitas caſtitas

prauitas probitas vaſtitas vanitas

docilitas grauitas facilitas lenitas

leuitas mediocritas, vtilitas, et talia

ſubſtantiua facta ab adiectiuis.

hic Mecœnas viri nomen.

Adiectiua trium generum

Cuias, noſtras, veſtras, Arpinas,

aquinas, fidenas rauennas.

Adiectiua vero, ferme habent in ablatiuo

e et i, in genitiuo plurali ium.

hæc anas anàtis a breui.

Cæterum ſuperiora illa fœminina, fiunt

addendo caſibus in i ſyllabã tas, bonus

boni bonitas, lenis leni lenitas.

Porro ſubſtãtiuorum, quæ ab adiectiuis deducuntur, ſunt et aliæ terminationes, itia, ities, ia, itudo, edo, monia, vt amicus amicitia, mollis mollities, infamis infamia, fortis fortitudo, dulcis dulcedo, caſtus caſtimonia. quæ vſus docebit.

As àdis et àdos græce.

Monas, trias, hebdomas, ogdoas,
decas, chilias, lampas, dorcas
dipſas pallas Cyclas gymnas.

Omnia græca fæminina, præter hic arcas. et latinum hic vas vadis vadium.

As antis hic.

Gigas bias Adamas Elephas
atlas garamas calchas Thoas
hic mas maris marium.
hic as aſſis aſſium.
hoc fas et nefas non declinantur.
hoc vas váſis, pluraliter vaſa vaſorum ſecundæ declinationis, quia heteroclitum eſt.

Heteroclita nomina ſunt, quæ vel mutant declinationem, vt vas. vel genus, vt hoc cœlum cœli, pluraliter cœli cœlorum maſculinum, vt domini.

Es is non creſcens.
hæc apes. cædes, clades, cortes, fames, indoles, labes, lues, moles, nubes, proles, rupes, ſedes, ſepes, ſoboles, ſtrages, trudes, vulpes. quorum genitiuus pluralis in ium, præter ſoboles, et indoles.
hic Socrates, Iſocrates, herodes, Ariſtoteles, Ulyſſes, Iordanes, Euphrates, et alia Greca nomina, propria virorum, et fluuiorum.
hic verres verris verrium.
hic et hæc vates vatis vatum.
hoc hippomanes, cacoëthes.
Es ìtis
hic Ames, ceſpes, fomes, gurges limes, merges, palmes, poples, Satelles, ſtipes, termes, trames, tudes, veles.
hic et hæc cocles, eques, hoſpes, miles, antiſtes, a quo et hæc antiſtita.
hic hæc et hoc comes, diues, præſtes, ſoſpes, ſuperſtes. adde ales id eſt velox et alatus, alite equo. nam ſubſtantiuum hic aut hæc ales, id eſt auis.

Es étis
hæc quiés, inquies, requies.
hic hæc hoc locuples, manſues.
hic lebes, tapes, magnes, Cres,
Chremes, Crates, Dares, hermes,
Tales, et alia multa Græca.
Es ètis
hic aries, paries.
hæc abies, ſeges, teges.
hic et hæc indiges, interpres.
hic et hæc et hoc hebes, præpes, perpes,
teres, veges.
Es èdis
hic pes, ſemipes, ſeſquipes. hæc compes.

Adiectiua a pes.

Bipes, tripes, quadrupes, octipes,
centipes, multipes, loripes, aeripes.
æripes, cornipes. Sonipes.
Es édis
hæc merces, hic et hæc hæres.
Es ìdis deductum a ſedeo.
hic et hæc obſes, præſes.
hic hæc et hoc deſes reſes:
hæc Ceres cereris.
hic præs prædis. hoc æs æris.

Is is gtũs ſimilis ntõ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| hæc auis | bilis | bipennis | claſſis |
| clauis | conuallis | cratis | febris |
| nauis | noualis | ouis | peſtis |
| puppis | reſtis | ſecuris | ſitis |
| turris | tuſſis | vallis | veſtis |

et multa item alia fœminina.

| | | | |
|---|---|---|---|
| hic acynacis | aprilis | aqualis | axis |
| callis | caſſis | caulis | cenchris |
| collis | enſis | faſcis | follis |
| fuſtis | menſis | orbis | piſcis |
| poſtis | quintilis | ſextilis | ſotularis |
| torris | vectis | vermis | vnguis |
| et finita in nis | | amnis | crinis |
| funis | ignis | panis | penis |

¶ Sic ædilis molaris annalis pugillaris cardinalis officialis conſularis riualis natalis maialis patruelis iugalis quæ vel ad viros pertinent, vel in eis intelligitur maſculinum ſubſtantiuum.

¶ Hic et hæc affinis canis ciuis hoſtis, iuuenis, extorris, contubernalis perduellis teſtis ſodalis.

Hic aut hæc anguis canalis clunis corbis finis torquis.

Adiectiua hic et hæc is, hoc e.

| | | | |
|---|---|---|---|
| dulcis | triſtis | grauis | leuis |

bipennis id eſt duarum pennarum, ſed hæc: bipennis, id eſt ſecuris.

Im accō, i abltō.

| | | |
|---|---|---|
| Uis | Rauis | Tuſſis |
| Sitis | Araris | Cucumis |

Em et im accō

| | | | |
|---|---|---|---|
| aqualis | bipennis | buris | clauis |
| febris | nauis | peluis | peſtis |
| puppis | ſecuris | torquis | turris |

ablatiuus e et i, pelue et pelui.

Adiectiua in is, in ablatiuo habent i tantum, dulcis dulci.

Genitiuus pluralis prædictorum nominum in is eſt ium, auis auium.

At canis, panis, iuuenis, volucris, habent um, non ium. canum.

Is idis

hic lapis.

hæc cuſpis. vnde tricuſp's adiectiue, genitiuus tricuſpidis, ſic bicuſpis.

Is itis itium

hic ſamnis, quiris

hæc lis. hic et hæc dis, hoc dite.

Is èris, olim er eris.
hic vomis, cinis, puluis, at fœmininum
dixit propertius puluis hetruſca, et
Catullus acerba cinis.
hic cucumer cucumeris; et cucumis cucu-
mis cucumi.
hic et hæc puber puberis, impuber impu-
beris. vel hic et hæc pubis, vnde hic et hæc
impubis, hoc impube,
V..rgilius a puber, dixit neutro genere
puberibus folijs
Is ìnis, olim en ìnis.
hic pollis, ſanguis, vnde hic et hæc, exan-
guis, hoc exangue non creſcens, legem
ſimplicis non ſeruat.
hic glis gliris glirium
hic ſemis ſemiſſis, id eſt dimidium aſſis.
reliqua ab aſſe compoſita non creſcunt.
hic treſſis, decuſſis, centuſſis.

Græca

Is ìdis vel ìdos, accũs em vel a.
hæc caſſis, aſpis, ægis, bolis.
hic paris, adonis, daphnis.
Caſſis caſſidis id eſt galea. ſed hic caſſis
caſſis, pluraliter caſſes id eſt retia.

Is eos, accũs im vel in, abltũs i.
hæc poeſis, hæreſis, geneſis, craſis.
quorũ genitiuus pluralis eon, hæreſeon
Is inis olim in inis.
hic delphis. hæc ſalamis.
Simois ſimoentis, nomen fluuij.
Opois opoentis, nomen vrbis.
quæ etiam deſinunt in us untis.
Os ótis
hic nepos, monoceros, rhinoceros,
ægoceros. hæc cos, dos.
hic et hæc ſacerdos.
Os òtis. hic et hæc impos, compos,
Os óris.
hic flos, mos, ros. hæc glos.
Sic hic honos, vapos, colos, et ſimilia,
quæ etiam deſinunt in or.
hæc arbos vel arbor arboris o breui.
Hoc os óris orium. et hoc os oſſis oſſium
pro vario ſignificato.
hoc chaos, melos, epos, indeclinabilia.
Os óis
hic Tros, minos. heros.
hic et hæc cuſtos cuſtódis.
hic et hæc bos bouis boum bobus.

Us òris

hoc corpus, decus, facinus, fœnus, frigus, litus, nemus, pectus, pignus, tempus, tergus, Hic lepus,

Us òris

doctius, et alia comparatiua neutra.

Us èris

| | | | |
|---|---|---|---|
| hoc acus | fœdus | funus | Genus |
| glomus | holus | hulcus | latus |
| munus | onus | opus | pondus |
| rudus | ſcelus | ſydus | vellus |
| Uiſcus | vulnus | hæc venus dea. | |

Dearum enim nomina fœminina ſunt.

hic hæc et hoc vetus adiectiuum.

Pignus et fœnus òris et èris ſecundum, quoſdam. ſed rectius òris.

Us útis

hæc iuuentus, ſalus, ſeruitus, ſenectus, virtus.

Intercus intercùtis u breui adiectiuum, vnde intercutibus vitijs apud Gellium, et intercutibus ſtupris apud Catonem.

Us úris

hoc crus, ius, plus, pus, rus, thus.

hæc tellus. hic mus muris murium.

hic et hæc ligus vel ligur liguris u breui,
Us údis
hæc incus, palus, ſubſcus.
Us uis
hic et hæc ſus. hic aut hæc grus.
hæc pecus pecúdis:
hoc pecus pecòris.
Us òdis græca.
hic tripus, œdipus, melampus:
Us untis græca.
hæc hydrus, trapezus, amathus
Sipus et alia locorum nomina.
Aus audis
hæc laus, fraus.
Bs bis
hæc trabs, plebs, ſcobs, vrbs.
hic chalybs, libs nomen venti. Sunt autem ventorum nomina maſculina.
hic Arabs, fœmininum Arabiſſa.
hic aut hæc ſcrobs.
hic et hæc cælebs cælìbis per i.
Ls ltis.
Hæc puls pultis.
Ms mis.
hæc hyems hyèmis.

Ans antis.
hic quadrans, ſextans, dodrans.
Adiectiua omnis generis.
Elegans, petulans, amans et alia participia primæ coniugationis, dequibus agemus poſtea. ablatiuus in e vel i. genitiuus um vel ium.
hæc glans glandis. ſic iuglans.
Animans et ſi adiectiuum ſit, quouis tamen genere capitur ſubſtantiue. quenquã animantem, cæteras animantes, cætera animantia.
hic et hæc infans, id eſt homo per ætatem fari neſcius. interdum adiectiue pro infacundo et ineloquente.
Ens entis.
hic dens, triens, picens, ſerpens, rudens, torrens, oriens, occidens, bidens, tridens, videns in ſacris. quæ maſculino genere capiuntur ſubſtantiue. quandoq; naturam retinent adiectiui. torrens oratio, id eſt vehemens. torrentia flumina.
hæc mens. hæc continens ſubſtantiue, pro terra, quæ nõ eſt iſula. bidẽs pro oue.

hic et hæc parens, cliens.

Adiectiua omnis generis.

Amens, demens, clemens, innocens, potens, impotens, prudens, imprudēs, recens, docens, legens, audiens, et alia trium coniugationum participia. ablatiuus e vel i. genitiuus pluralis, um vel ium.

Excipe

Quiens queuntis.
Nequiens nequeuntis.
Iens euntis. ſic compoſita rediens, redeuntis, abiens, exiens, et cætera.
Ambiens ambientis legem ſeruat.
hæc lens lentis, legumen.
hæc lens lendis, capitis vermiculus.
hic libripens libripendis.
hæc nefrens nefrendis.
Ons ontis.
hic fons, mons, pons.
hæc frons frontis, pars capitis.
hæc frons frondis, folium arboris.

Adiectiua omnis generis,

Sons, inſons, bifrons, effrons, quadrifrons.

Aps àpis.
hæc daps, dapis, non eſt receptum in nominatiuo ſingulari.
Eps épis
hæc ſeps, idem quod ſepes, ſed hic ſepes nomen ſerpentis.
Eps ìpis.
hic manceps.
hic et hæc princeps, municeps,
hic aut hæc adeps, forceps,
Eps ipìtis a caput adiectiua,
Anceps, biceps, triceps, præceps.
hic auceps aucùpis.
Ips ìpis
hæc ſtips ſtipis, vel hæc ſtipis ſtipis.
hic Gryps gryphis per y longum et ph in genitiuo.
Stirps ſtirpis, pro origine et progenie eſt fœmininum. pro trunco et radice arboris, dubium.
Ops ópis
hic Cyclops, hydrops.
hæc ops òpis o breui, dea terræ. ſic opis opem opes pro poteſtate et auxilio.
vnde adiectiuum inops inòpis.

Ars artis
hic Mars. hæc pars, ars.
Ers ertis, adiectiua
Solers, iners, expers.
Ors ortis.
hic Mauors, hæc cohors, mors, sors;
vnde adiectiua conſors, et exors.
Ors ordis adiectiua
concors diſcors excors
miſericors; ſocors, vecors
quæ ſunt compoſita, a cor cordis.
Ut ìtis
hoc caput, occiput.
Ax ácis
hic thorax, limax, nycticorax, anthrax,
hæc pax, fornax.

Adiectiua omnis generis

Audax edax emax cõtumax
fugax furax mendax pertinax.
vendax, ſalax, et conſimilia
ablatiuus e vel i, genitiuus ium.
hæc fax făcis a breui.

Græca

Nunc ácis, hic aiax aiácis.
nunc ăcis hic abax abăcis.

Ex icis Canon

hic apex, caudex, cimex, codex, culex, frutex, latex, murex, obex podex, pollex, pulex, pumex. ramex. rumex vertex vortex auſpex, haruſpex, et ſimilia.

hæc forſex, ilex, imbrex pellex, vitex

hic aut hæc cortex, ſilex.

Communia

Index, iudex, Vindex, Artifex, carnifex, opifex, et huiuſmodi deducta a facio.

horum quædam pro maribus tantum recepta ſunt, quorundam etiam ſignificatio adiectiue ſumitur, et neutris conuenit, iudice bello.

Adiectiua

Simplex. duplex. triplex multiplex. ſupplex

hæc vibex vibicis i longo.

Ex ecis

hic veruex, myrmex.

hæc halex. pro quo quidam ſcribunt halec per c.

Execis. ∪ ∪
Hic resex. hæc nex.
Hæc fæx fæcis. diphthongo ſcribitur. omnis autẽ ſyllaba, quæ effertur diphthongo, ſuapte natura producitur.
Exégis – ∪
hic rex, prorex. hæc lex. vnde adiectiua exlex, et illex.
Exegis ∪ ∪
hic aquilex. hic grex. vnde adiectiua congrex, ſegrex.
hic remex remigis i breui.
hæc ſupellex ſupellectilis. pluraliter autẽ ſupellectilia neutrum.
Ixícis canon – ∪
hæc coturnix, lodix, radix,
meretrix, obſtetrix, fautrix, victrix, vltrix, et cætera fœminina a maſculinis in or, victor victrix.
hic ſandix, ſpadix, phœnix.
hic bombyx bombycis vermiculus.
hæc bombyx, materia vnde fiunt veſtes bombicinæ.
Adiectiua.
Felix Infelix pernix

Cæterum adiectiue capiuntur et illa in trix numero plurali, fœminino et neutro genere, vltrices furias, vltricia bella, victricia ſigna. ſic et in ſingulari caſibus obliquis. victricem dexteram. vitrici ſolo.
Obliqui caſus dicuntur alij præter nominatiuum, qui vocatur rectus.
Ix icis i ᴗ
Hic calix, cilix, fornix, natrix, varix.
Hæc coxendix, filix, hiſtrix, larix, pix, ſalix.
Hic hæc et hoc illix adiectiuum.
Hic onyx onychis. ſic ſardonix per y, et ch in genitiuo.
Hæc nix niuis i breui, niuium.
Ix igis i ᴗ
Hic biturix, ſapix maſtix pro flagello. nam hæc maſtix maſtichis, eſt gummi arboris lentiſci.
Hic phryx phrygis.
hæc ſtyx ſtygis.
Sunt et alia Græca in ix et yx, quorum genitiuus in gis. eorum exacta cognitio petenda eſt a Græcis.

Ox ócis. o –
Hæc vox, celox. Sic adiectiua
Atrox, ferox, velox.
Ox ócis. o ∪
Hic cappàdox. hic hæc et hoc præcox.
Hæc nox noctis, noctium vnde pernox:
hic Allòbrox allobrògis o breui.
Ux úcis u –
Hic pollux, hæc lux.
ux ùcis u ∪
Hæc nux, crux, hic tradux.
hic et hæc dux, redux, irredux.
Hic hæc et hoc trux.

Lx nx rx

Finita in lx nx rx vertunt x in cis, ciũ.
Hæc calx, lapis coctus.
hic aut hæc calx, pars pedis poſterior.
hæc falx, lanx, arx, merx.
Hic quincunx, ſeptunx, deunx.
hic aut hæc lynx, lyncis lincum.
nx ngis.
Hæc phalanx, ſphinx, ſyrinx, et alia quæ-
dam Græca.
Hic et hæc coniunx coniugis. ſic ſubiunx et
iniunx.

Ablatiuum in i faciunt menſium nomina aprilis, quintilis, ſextilis, ſeptember, october, nouember, december. ſic et Neutra in e, al, ar, et adiectiua quorum neutrum in e, vt mare, animal, cochlear, ſylueſter, dulcis.

Excipe gauſape, præſepe, preneſte, ſoracte, far, hepar, iubar, nectar.

Dis, rudis, volucris, ſubſtãtiua cũ ſunt, habent e, alioqui faciunt i.

I et e formant pugil, vigil, imber,

| | | | |
|---|---|---|---|
| amnis, | anguis, | auis, | canalis, |
| ciuis, | claſſis, | clauis, | familiaris, |
| finis, | fuſtis, | ignis, | nauis |
| neptis, | poſtis, | ſodalis, | ſtrigilis, |
| vectis, | vnguis, | tridens, | ſupellex. |

Adde riualis et annalis.

Sic adiectiua, quorum neutrum non deſinit in e. impar, doctior, doctius, memor, arpinas, compos vetus, elegans et cætera.

Plus comparatiuum pluri non plure.

Fœminina in trix, quia naturam tenent adiectiuorum, etiam gaudent e et i. victrice et victrici.

Pluraliter neutra in ia, quando ablatiuus definit in i, aut e et i. maria dulcia amatia, felicia, et conſimilia.
Excipe vetera, et comparatiua. doctiora.
Apluſtre facit apluſtra et apluſtria.
Genitiuus ium, ſi ablatiuus i, aut e et i. marium, dulcium, audacium, felicium.
Excipe pugil, vigil, memor, diues, inops, conſors, ſtrigilis, vetus, artifex, opifex, ſupplex,
Particeps, municeps, et ſimilia, quæ fiunt a verbo capio.
et comparatiua. doctior, doctius. præter plus pluri plurium.
Ium habent linter, vter, dos, cohors.
et monoſyllaba, id eſt nomina ~~duarum~~ vnius ſyllab~~arum~~ in bs, ls, ns, ps, rs, lx, nx, rx, trabs, puls, mẽs, daps, ars, calx, lanx, arx. ſed ops opum.
Polyſyllaba, id eſt plurium ſyllabarum nomina in ns, habent ium, et um per ſyncopen. parentium et parentum. ſic cohortum, apum, pro ium.
Syncope eſt ablatio literæ, vel ſyllabæ, de medio dictionis, audaciter audacter.

Accuſatiuus in quibuſdam nominibus de-
finit in is. omnis, partis, tris, ouis.
Id ferme ſcribunt per Græcam diphthon-
gum ei, quæ ſonat i, omneis.
At Sardis et Trallis, oppidorū nomina,
in nominatiuo quoq; ſolum per is ſcribū-
tur. nuſq̄ per es.
Datiuus et ablatiuus in ibus. vt aroma-
tibus myrrhæ et thuris, in ſacris.
Num quod his caſibus, legitur ſophiſmā-
tis, poemātis, epigrammātis, dogmā-
tis. id fit velut a nominibus ſecundæ decli-
nationis in um.
Siquidem a Græcis tertiæ declinationis,
proficiſcuntur latina, primæ vel ſecundæ,
hic elephas elephantis, elephantus ele-
phanti. hæc lampas lampādis, lampāda
lampādæ. Sic hoc ſophiſma ſophiſmatis,
vel ſophiſmatū ſophiſmati. nominatiuus
receptus eſt in tertia, datiuus pluralis in
ſecunda,
Cæterum Græcorum ſingularis genitiuus
eſt os. accuſatiuus a. Genitiuus pluralis
on, accuſatiuus as.
A bos bobus et etiam bubus.

Quarta declinatio,

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Us | us | ui | um | us | u |
| us | uum | ibus | us | us | ibus |

Hic auditus, æſtus, caſus, commeatus, cenſus, cultus, fructus fletus, guſtus, gradus, ictus, luxus, luctus, magiſtratus, metus, motus, odoratus, olfactus, partus, quæſtus, ritus, ructus, ſaltus, ſenatus, ſenſus, tactus, viſus, vultus.

Et alia multa, ferme verbalia.

Verbale nomen eſt, quod deducitur a verbo. auditus ab audio.

Hæc anus, colus, nurus, ſocrus, quærcus, acus, . domus manus, porticus, tribus.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| U | u | u | u | u | u |
| ua | uum | ibus | ua | ua | ibus |

Hoc cornu, genu, veru.

paucula hæc neutra ſunt, quæ ſingulariter non declinantur.

Genitiuus ornati et tumulti, pro ornatus et tumultus. interdum enim nomina varias ſortiuntur declinationes.

Olim uis pro us, anuis pro anus.

Datiuus aſpectu, concubitu, apud virgilium pro aſpectui, concubitui.

Pluralis genitiuus apud eundem ſyncopen patitur, currum pro curruum,

Datiuum et ablatiuum faciunt in ubus, acus, arcus, artus, ficus, lacus, partus, portus, quærcus, ſpecus, tribus, veru. addunt. queſtus pro querela.

Quinta declinatio.

es éi éi em es e
es érum ébus es es ébus.

Dies. hæc cæſaries, caries, colluuies, durities, effigies, facies, fides, igluuies, mollities, materies, macies, progenies, pluuies, res, ſpes, ſegnities, ſæuities, ſpecies. et reliqua omnia fœminina præter hic aut hæc dies, at pluraliter dies tantum maſculinum. hic meridies.

Genitiuus et datiuus éi longum, præter ſpei rei et fidei.

Plurali numero, vix reperiuntur genitiuus datiuus et ablatiuus, niſi in duobus. res et dies.

Ambo et duo pluralia, ſic declinantur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| o | orum | obus | os vel o | o | obus |
| æ | arum | abus | as | æ | abus |
| o | orum | obus | o | o | obus |

Abus habent et hæc. dea, equa, filia, nata, mula, liberta.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Quis vel q̄ | | | quē | quo |
| quæ | cuius | cui | quā | qua |
| quod vel quid | | | quod | quo |
| Qui | quorum | | quos | |
| quæ | quarū | ꝗbꝰ | quas | quibꝰ |
| quæ | quorum | | quæ | |

Quis interrogatiuum eſt, qui relatiuum.
Quod adiectiuum, quid ſubſtantiuum.
Quis pro quibus apud poetas.
Compoſita ſunt quiſquis quiſnā quiſpiā, quiſquam, Quidam, quiuis. quicunque, quilibet. Aliquis, ecquis, nequis, nunquis, ſiquis.
Et hæc quinque poſtrema, pro quæ habent qua. aliqua, ecqua, et cætera.
Ablatiuo, qui pro quo vel qua

Domus duarum declinationum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| vs | us vel i | ui | um | us | o |
| us | orū vel uū | ibus | os vel us | us | ibꝰ |

Primæ perſonæ

Ego mei mihi et mi me me
nos noſtrum nobis nos nobis.
Et noſtri

Secundæ

Tu tui tibi te tu te
vos veſtrum vobis vos vos vobis
et veſtri

Tertiæ vtriuſque numeri

Sui ſibi ſe ſe

Caret ntō et vocatiuo.

Ille illum illo
illa illius illi illam illa
illud illud illo
Illi illorum illos
illæ illarum illis illas illis
illa illorum illa

Sic iſte iſta iſtud. et ipſe ipſa ipſum, non ipſud.

Hic hunc hoc
hæc huius huic hanc hac
hoc hoc hoc
Hi horum hos
hæ harum his has his.
hæc horum hæc

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Is | | | eum | eo |
| ea | eius | ei | eam | ea |
| id | | | id | eo |
| Ei | eorum | | eos | |
| eæ | earum | eis | eas | eis |
| ea | eorum | | ea | |
| Idem | | | eundem | eodem |
| eàdem | eiuſdē | eidē | eandem | eàdem |
| ìdem | | | ìdem | eodem |
| Eidem | eorūdē | | eoſdem | |
| eædem | eàrūdē | eiſdē | eaſdem | eiſdē |
| eàdem | eorūdē | | eàdem | |

In plurali, ei eis eidem eiſdem, vel ij ijs ijdem ijſdem.

Pronomina ſunt quindecim.

Primitiua octo. ego, tu, ſui, ille, iſte, ipſe, hic, is.

Deriuatiua ſeptem. meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Quatuor tantum habent vocatiuum, tu, meus, noſter, noſtras.

Meus vocatiuum facit mi.

Ad nomen cuius cuia cuium, reſponde meus tuus ſuus noſter veſter.

Ad cuias autem, noſtras veſtras.

# Prima coniugatio.

## Verbum actiuum

### Indicatiuus

### Præſens

| | | |
|---|---|---|
| Amo | amas | amat |
| amámus | amátis | amant |

### Perſonæ tres

| | | |
|---|---|---|
| Prima. | vt amo, | amamus. |
| Secúda. | vt amas, | amatis. |
| Tertia. | vt amat, | amant. |

### Numeri duo

Singularis, amo. pluralis, amámus.

Ego et nos ſunt primæ perſonæ. tu et vos ſecundæ.

Reliqui omnes nominatiui, tertiæ.

Verbum et nominatiuus, concordát numero et perſona.

Ego amo, nos amamus.
Tu amas, vos amatis.
Ille amat, illi amant.

### Imperfectum

| | | |
|---|---|---|
| Amábam | amábas | amábat |
| amabámus | amabátis | amábant |

### Perfectum

| | | |
|---|---|---|
| Amáui | amauiſti | amáuit |
| amáuimus | amauiſtis | amauérunt. |

Pluſquamperfectum

Amáueram, amáueras, amáuerat,
amaueramus, amaueratis, amáuerãt.

Futurum.

Amabo, amabis, amábit,
amabimus, amabitis, amabũt.

Tempora quinque.

Præſens, imperfectum, perfectum, pluſq̃ perfectum, futurum.

Imperatiuus præſens

Ama, amet,
amémus, amate, ament.

Futurum.

Amáto, amáto,
amémus, amatóte, amanto.

Imperatiuus in ſingulari numero, caret prima perſona.
Et habet ſolum præſens et futurum.

Optatiuus. Præſ. et imperf.

Amárem amáres amáret
amarémus, amarétis amarent.

Perfectum et pluſquamperfectum.

Amauiſſem, amauiſſes, amauiſſet
amauiſſémus, amauiſſétis, amauiſſent.

Futurum

| | | |
|---|---|---|
| Amem | ames | amet |
| amémus | amétis | ament |

Subiunctiuus, præſens

| | | |
|---|---|---|
| Amem | ames | amet |
| amémus | ametis | ament |

Imperfectum

| | | |
|---|---|---|
| Amárem, | amares | amáret, |
| amarémus, | amarétis, | amarét. |

Perfectum

| | | |
|---|---|---|
| Amáuerim, | amáueris, | amáuerit, |
| amauerìmus, | amauerìtis, | amáuerint. |

Pluſq̃perfectum

| | | |
|---|---|---|
| Amauiſſem, | amauiſſes, | amauiſſet. |
| amauiſſémus, | amauiſſétis, | amauiſſēt. |

Futurum

| | | |
|---|---|---|
| Amáuero | amáueris | amáuerit |
| amauerìmus | amauerìtis | amáuerint. |

In ſubiunctiuo, præſens eſt idem cum futuro optatiui. imperfectum cum præſenti optatiui, pluſq̃perfectum idem cum perfecto optatiui.

Perfectum et futurum ſubiunctiui modi, voce conſentiunt, excepta prima perſona, rim et ro.

Infinitiuus præſens et imperf.

Amáre.

Perfectum et pluſq̄ perfectum.

Amauiſſe.

Futurum

Amátum ire vel amaturum eſſe.

In optatiuo et infinitiuo vox eadē eſt præſentis et imperfecti. ſic perfecti et pluſq̄ perfecti.

Infinitiuus vtriq; ſeruit numero, et perſonis omnibus.

Modi quinque.

Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus. Subiunctiuus. Infinitiuus.

Quatuor primi dicūtur modi finiti, quintus infinitus.

Modi finiti poſtulant a fronte nominatiuum, aut expreſſum, ego amo. aut intellectum, amo, nempe ego.

Infinitiuus vero ante ſe caſum exigit accuſatiuum.

puto adoleſentem amare, hoc eſt puto, quod adoleſcens amat. conuerſo caſu accuſatiuo in nominatiuum, et modo īfinito in modum finitum.

Gerundia tria.

Amandi, amando, amandum.

Supina duo.

Amátum, amátu

Participia duo.

Præſens. amans. futurum, amatúrus:

Canon.

Verba primæ coniugationis in præterito perfecto habent áui, in ſupino átum.

Amo amáui amátum Sic et.
baiulo, clamo, dãno, eq̃to, fatigo.
geſto, habito, ieiuno, libero, mũdo,
nego, oro, ploro, quærito, rogo,
ſalto, titillo, vſurpo. et item alia innumera cum compoſitis. adàmo adamaui adamatum, deamo.

Compoſita verba fiunt adminiculo harũ præpoſitionum:

Ad ante circum inter ob per poſt præter trans, A ab abs de e ex pro.
In ſub ſuper ſubter.
Di dis re ſe an co con.

Crebro vero ratione compoſitionis vna litera migrat in aliam.

damno condemno.

## Exceptio.

Septem verba habent ùi ìtum. Cubo, crepo, domo, plico, ſono, tono, veto.

Cubo cubui cubìtũ. accùbo accubui, accubìtũ. de, ex, in, occùbo, pro, re, ſe, ſuccùbo.

Crepo crepui crepìtũ, cõcrẽpo, dis, in.

Domo domui domìtum. edòmo, per.

Plico plicui plicìtum. applìco, complìco, dis, ex, implìco, re.

Sono ſonui ſonìtum. adſono, con, dis, in, per, re.

Tono tonui tonìtum. attòno. con, in, per.

Veto vetui vetìtum.

Prædicta verba, nõnunq̃ faciũt aui atum. diſcrepauit, perſonauit, reſonauit, explicatum, implicatum.

At compoſitum ſupplìco, et ex nominibus compoſita, ſemper ấui átum. multiplico, duplico, triplico, et conſimilia.

Frico fricui frictum, raro fricatum. affrìco, con, de, in, per, re.

Neco necui nectum, vel necaui necátum. enèco, inter, per.

Seco ſecui ſectum. olim ſecatum. conſèco. de, dis, inter, per, præ.

Nexo nexui nexum.
Mico micui ſine ſupino. dimico, e, inter pro. Etiam dimico aui atum,
lauo laui lotum lautũ et lauatũ.
Poto potaui potatũ, et ſæpius potum.
Iuuo iuui iutũ, adiuuo, adiuui, adiutũ.
Sto ſteti ſtatũ. cõpoſita ſtiti ſtitum.
adſto, adſtiti, adſtitũ, ante, con, di, in ob, per, præ, pro.
Do dedi, datum. circũdo, circũdedi, circũdatũ. peſſũdo, ſatiſdo, venundo.
Hoc verbum, cõtra legẽ, habet a breue, in primo incremẽto. circũdabam, circũdabo, circũdarem, circũdare et cæt.
Incrementũ ẽ, vbi exceditur ſecunda perſona thematis actiui, amo amas amabã, amaui, amaueram, et cæt.
Vocalis vltima ſecundæ illius perſonæ eſt in primo incremento. reliquæ in ſecundo, amabatis amaueramus, et cæt.
A præſenti proficiſcitur præſens, imperfectum, futurum, excepto ſubiunctiuo, et gerundium. cubo, cubabam, cubabo, cuba, cubato, cubarem, cubem, cubare, cubandi, cubans.

A perfecto fit perfectum, pluſq̄ perfectum, et futurum ſubiunctiui, i, eram, iſſem, erim, iſſem, ero, iſſe. cubui, cubueram, cubuiſſem, cubuerim, cubuiſſem, cubuero, cubuiſſe.

A ſupino fit futurum infinitiui, et futurum participij in rus.

cubitum, cubitum ire, vel cubiturum eſſe, cubiturus.

A ſupino etiam fiunt verbalia fœminina in io tertiæ declinationis, et in us maſculina quartæ, dubitatum, hæc dubitatio. ploratum, hic ploratus.

## Verbum ſubſtantiuum.

### Indicatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Sum | es | eſt |
| ſumus | eſtis | ſunt. |
| Eram | eras | erat |
| eramus | eratis | erant |
| Fui | fuiſti | fuit |
| fuimus | fuiſtis | fuerunt |
| Fueram | fueras | fuerat |
| fueramus | fueratis | fuerant |
| Ero | eris | erit |
| erimus | eritis | erunt, |

Imperatiuus.

| | | |
|---|---|---|
| | Sis vel es | ſit |
| ſimus | eſte | ſint. |
| | Eſto | eſto |
| ſimus | eſtote | ſunto |

Optatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Eſſem | eſſes | eſſet |
| eſſemus | eſſetis | eſſent |
| Fuiſſem | fuiſſes | fuiſſet |
| fuiſſemus | fuiſſetis | fuiſſent |
| Sim | ſis | ſit |
| ſimus | ſitis | ſint |

Subiunctiuus

Sim vt optatiuus.
Eſſem vt optatiuus.

| | | |
|---|---|---|
| Fuerim | fueris | fuerit |
| fuerimus | fueritis | fuerint |

Fuiſſem vt optatiuus.
Fuero fueris vt perfectum.

Infinitiuus

Eſſe, fuiſſe, fore vel futurum eſſe.

Participia.

Ens apud philoſophos. Futurus.
Verbum ſubſtantiuum vtriqꝫ regit nomi-
natiuum. deus eſt iuſtus.

## Verbum paſſiuum

### Indicatiuus.

| | | |
|---|---|---|
| Amor | amáris | amátur |
| amámur | amamini | amantur |
| Amábar | amabáris | amabátur |
| amabámur | amabamini | amabãtur |
| Amatus ſum | es | eſt |
| Amati ſumus | eſtis | ſunt |

vel amatus fui, amati fuimus.

Perfectum et tempora ab eo deducta, fiunt periphraſi, capiẽdo participium præteritum et verbum ſubſtantiuum.

In præterito perfecto paſſiui, capimus præſens aut perfectum verbi ſum.

In pluſq̃ perfecto autem, imperfectum aut pluſq̃ perfectum.

In futuro ſubiunctiui, futurum indicatiui et ſubiunctiui.

Periphraſis eſt, cum pro vna voce ponimus plures, Seruabis autem genus et numerũ amat⁹ ẽ frater. amatæ ſũt ſorores

Pluſq̃ perfec. Amatus eram eras erat vel amatus fueram.

| | | |
|---|---|---|
| Amabor | amaberis | amabitur |
| amabimur | amabimini | amabuntur |

Imperatiuus

| | | |
|---|---|---|
| | Amáre | ametur |
| amémuur | amamini | amentur |
| | Amator | amator |
| amémur | amaminor | amantor |

Optatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Amárer | amaréris | amaretur |
| amarémur | amaremini | amarétur |

Amatus eſſem vel fuiſſem

| | | |
|---|---|---|
| Amer | améris | amétur |
| amemur | amémini | amentur |

Subiunctiuus

Amer vt optatiuus.
Amárer vt optatiuus.
Amatus ſim vel fuerim.
Amatus eſſem vel fuiſſem.
Amatus ero vel fuero.

Infinitiuus

Amari. amatum eſſe vel fuiſſe.
amatum iri, vel amandum eſſe.

Participia

Præteritū Amatus. Futurū Amandus.
Perſonæ paſſiuæ in ris etiam deſinunt in re, amare, amabare, pro amaris, amabaris.

## Genera verborum quinqꝫ

Actiuum, Paſſiuum, Neutrum,
Deponens, Commune.

Actiui generis verbum eſt, quod deſinit in o, et actionem ſignificat, regitqꝫ caſum accuſatiuum.

Verbero diſcipulum.

Paſſiui generis verbum eſt, quod deſinit in or, et paſſionem ſignificat ſemperqꝫ fit ab actiuo. caſum autem poſtulat ablatiuum interuentu præpoſitionis, a vel ab.

Verberor a præceptore.

Oratio actiua fit paſſiua, conuerſis, et permutatis inter ſeſe caſibus.

præceptor verberat diſcipulum, diſcipulus verberatur a præceptore.

Nominatiuus in oratione actiua dicitur perſona agens, accuſatiuus autem perſona patiens.

Contra in oratione paſſiua, nominatiuus eſt perſona patiens, ablatiuus perſona agens.

Perſona agens, quod agat quippiam, patiens, quod patiatur.

Neutrum verbum eſt, quod in o deſinit, nec facit paſſiuum in or, nec regit accuſatiuum perſonæ patientis, vt ſto, non enim dicimus ſto terram, aut pedem, nec dicitur ſtor.

Deponens eſt, quod in or, deſinit, non in o, vt furor, venor, imitor, teſtor, glorior, et conſimilia. nec enim dicimus, furo, veno, imito.

Commune verbum eſt, quod in or deſinit, non in o, perinde atq; deponens. verum ſignificat nunc actiue regēdo accuſatiuum, nunc paſſiue ablatiuum, more paſſiuorum.

Oſculor matrem, actiue.

Oſcnlor a matre, paſſiue.

Sic hoſpitor, hortor, criminor, et pauca quædam alia.

Supina deponentium et communium, fiunt fingendo vocem actiuam. vt furor furatum, oſculor oſculatum, perinde quaſi diceremus, furo furaui furatum, oſculo aui atum.

Deponens et commune coniugātur, eodem pacto, quo et paſſiua.

Cæterū i futuro infinitiui, deponentia et coīa ſignificationis actiuæ ponunt ire cum ſupino, vel eſſe cum futuro in rus. furatum ire, vel furaturum eſſe, oſculatum ire, vel oſculaturum eſſe.

## Gerundia.

Gerundia in di gaudent iſtiuſmodi nominibus ſubſtantiuis.
cauſa, occaſio, tempus, hora. opportunitas, amor, deſyderium, locus, ratio, gratia, copia, ars poteſtas mos, conſuetudo, venia, voluntas, cupido, libido, auiditas, licentia, libertas, et conſimilibus. Tempus arandi, hora cœnandi.

Gerundia in do iunguntur præpoſitionibus in, de, a, ab, ex, cum.

Gerundia in dum, petunt præpoſitiones, ad, inter, ob, propter.

## Supina.

Supina in um poſtulant verbum motus ad locum. abeo cœnatum.

Supina in u, adhærent adiectiuis, et capiuntur paſſiue, difficile negatu, id eſt quod negetur.

Participiorum tria ſunt tempora Præſens. Præteritum, Futurum, partim in rus, partim in dus.

Præſens fit ab imperfecto, conuerſo bam, vel bar in ns.

Amabam amans, furabar furans.

Præteritũ a ſupino, amatum amatus.

Futurũ i rus ab eodẽ, amatũ amaturus

Futurum in dus ab imperfecto, migrante bar in ndus, amabar amandus.

Ab actiuo fit præſens et futurum rus. amo amans amaturus.

A paſſiuo, præteritum et futurum dus, amor amatus amandus.

A neutro, præſens et futurum rus, ſto ſtans ſtaturus.

A deponenti præſens, præteritum, et futurum rus, furor, furans, furatus, furaturus.

A communi præſens præteritum, et vtrunq; futurum oſculor oſculans oſculatus, oſculaturus oſculandus.

Si verbum careat ſupino, deſiderantur participia quæ a ſupino deducuntur, exẽplum eſt mico.

## Significatio participiorum.

Actiuorum participia ſignificant actiue amo, amans, amaturus deum, id eſt qui amat, qui amabit deum.

Paſſiuorum, paſſiue. amor, amatus, amandus a deo, id eſt qui amatus eſt, qui amabitur a deo.

Neutrorum, neutraliter. ſto, ſtans, ſtaturus, qui ſtat, qui ſtabit, ſine caſu.

Semper autẽ expoſitio fit, per relatiuum et verbum eiuſdem temporis.

Deponentia verba, et ſi in or deſinant, ſignificationem tamen obtinent, nunc actiuam, furor pecuniam. nunc neutram, lætor, citra caſum more neutrorum.

Itaqꝫ deponentium participia nunc actiue capiuntur, furans, furatus, furaturus pecuniam. nunc neutraliter, lætans, lætatus, lætaturus, ſine caſu.

Communis verbi participium præſens et futurum in rus capiuntur actiue, oſculans et oſculaturus matrem. futurum in dus paſſiue, oſculandus a matre. præteritum et actiue oſculatus matrem. et paſſiue, oſculatus a matre.

Sécunda coniugatio definit in eo.

## Verbum actiuum

### Indicatiuus.

| | | |
|---|---|---|
| Doceo | doces | docet |
| docémus | docétis | docent |
| Docébam | docébas | docébat |
| docebámus | docebátis | docébant. |
| Docui | docuiſti | docuit |
| docuimus | docuiſtis | docuérunt. |
| Docuéram | docueras | docuerat |
| docuerámus | docuerátis | docuérant |
| Docébo | docébis | docébit. |
| docebìmus | docebìtis | docébunt. |

### Imperatiuus.

| | | |
|---|---|---|
| | Doce | doceat |
| doceámus | docéte | doceant |
| | Docéto | docéto |
| doceámus | docetóte | docento. |

### Optatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Docérem | docéres | docéret |
| docerémus | docerétis | docérent. |
| Docuiſſem | docuiſſes | docuiſſet |
| docuiſſémus | docuiſſetis | docuiſſét. |
| Doceam | doceas | doceat |
| doceámus | doceátis | doceant. |

Subiunctiuus.

Doceam, vt optatiuus.

Docérem, vt optatiuus.

Docuérim docueris docuerit.
docuerímus docuerítis docuerint.

Docuiſſem vt optatiuus.

Docuero docueris vt perfectum.

Infinitiuus.

Docére, docuiſſe, doctum ire vel doctu-
rum eſſe.

Gerundia docendi, docendo, docendum.

Supina doctum doctu.

Participia, docens docturus.

Canon.

Verba ſecundæ coniugationis in præterito
habent ui, in ſupino itum i breui

Habeo habui habitum, adhibeo, co, per,
ſed poſthabeo ſeruat a.

Sic præbeo, debeo, arceo exerceo, co.
terreo, ex, de, per. et cætera.

Excipe

Doceo docui doctum, dedóceo, e, per
Teneo tenui tentum a, bſtíneo abſtinui
abſtentum, con, de, dis, ob, re, ſuſtineo.
Pateo patui paſſum.

Miſceo miſcui miſtum. ad. commiſceo,⁊ im-
miſceo inter,⁊ per,⁊ pro.
Torreo torrui toſtum.
Cenſeo cenſui cenſum,⁊ re,⁊ ſuccenſeo

Lex neutrorum

Neutra quæ in præterito habent ui,⁊ carent
ſupinis.
Albeo,⁊ calleo,⁊ egeo,⁊ indigeo,⁊ floreo,⁊
hebeo,⁊ iaceo,⁊ liqueo,⁊ madeo,⁊ nigreo,⁊
palleo,⁊ rubeo,⁊ ſtudeo,⁊ tabeo,⁊ vileo.
et ſic alia præterea quam plurima.
Adde actiuum timeo timui,⁊ ſine ſupino.

Exceptio

Quædam tamen neutra habent ſupina.
Valeo valui valitum.
Noceo nocui nocitum. Sic ſequentia
Placeo,⁊ diſpliceo per i,⁊ complaceo,⁊ per-
placeo,⁊ per a. Doleo,⁊ con,⁊ in,⁊ per. Taceo,⁊
conticeo,⁊ ob. lateo,⁊ deliteo. Pareo,⁊ appa-
reo,⁊ com,⁊ dis. Caleo,⁊ con,⁊ in.
Careo carui caritum et caſſum.

Beo

Iubeo iuſſi iuſſum.
Sorbeo ſorpſi ſorptum vel ſorbui ſorbitum.
abſorbeo,⁊ exſorbeo.

Leo

Mulceo mulſi mulſum, et mulxi mulctum demulceo, permulceo.

Luceo luxi luctum, allúceo, col, e, pel.

Deo di ſum

Uideo uidi viſum, inuideo, per, præ, pro.

Sedeo ſédi ſeſſum. aſſideo aſſédi aſſeſſum. con, de, dis, in ob, poſſideo præ: ſed Superſedeo ſeruat e breue.

Prandeo prandi pranſum.

Strideo ſtridi ſine ſupino,

Geminantia

Mordeo momordi morſum. admordeo admordi, im, præ, re.

Compoſita verborum geminantium non geminant principium præteriti.

Pendeo pependi penſum. impendeo.

Spondeo ſpopondi, non ſpoſpōdi, ſponſum, de, re.

Tondeo totondi tonſum. attondeo.

Deo ſi ſum

Suadeo ſuaſi ſuáſum, dis, per.

Rideo riſi riſum, arrideo, de, re, ſub.

Ardeo arſi arſum. ex, per, in. redardeo per d, non reardeo.

Video et renideo ſine præterito.
Quæ carent præterito, carent ſupino.

Geo ſi ſum.

Tergeo, terſi, terſum. abſtergeo, de.
Mulgeo mulſi mulſum, et mulxi mulctum. e, immulgeo.
Indulgeo indulſi indulſum, et ſæpius indultum.

Carent ſupinis.

Algeo alſi. Fulgeo fulſi, affulgeo, re.
Vrgeo vrſi. Turgeo turſi, de, ob.

Geo xi ctum

Augeo auxi auctum, adaugeo.
Lugeo luxi luctum, elugeo.
Frigeo frixi ſine ſupino, per, re.

Ieo

Cieo ciui citum. Vieo vieui vietum. vnde vietus vel vietus, e ancipiti.

Leo leui letum

Fleo, de, effleo. Pleo inuſitatū, compleo, de, ex, im, oppleo, re, ſup. Deleo ab inuſitato leo.
Oleo olui olitū. oboleo, redoleo, ſuboleo. Etiam oleo oleui oletum, ab, ex, in, ob, ſub. Adoleo autem adoleui, adultum.

Cæterum redòleo per d, Nã ꝑæpoſitio re ante vocalem aſſumit d. redàmo, redardeo Sic, redhìbeo, quia h nõ cenſetur litera

Neo

Maneo manſi manſum, permàneo, re, e. Compoſita quædam mutant a in i breue, et habent ui ſine ſupino, immìneo immi-nui, e, p̱ræ, p̱ro.
Neo neui netum.

Reo

Hæreo hæſi hæſum. adhæreo, co.

Queo

Torqueo torſi torſum, et ſæpius tortum, cõ-torqueo, dis, ex, in.

Veo vi tum

Mòueo móui mótum. a, ad, com, di, per.
Fòueo, fóui fótum, conſòueo.
Voueo voui votum. deuoueo.
Faueo faui fautum.
Caueo caui cautum, p̱ræcaueo.

Neutra ſine ſupinis

Paueo paui Flaueo flaui
Liueo liui, aueo aui.
Ferueo ferui, deferueo, efferueo.
Conniueo conniui, et connixi.

Paſſiuum Indica.

| | | |
|---|---|---|
| Doceor | docéris | docétur |
| docémur | docémini | docentur. |
| Docébar | docebáris | docebátur |
| docebámur | docebámini | docebántur. |

Doctus ſum vel fui, Eram vel fueram.

| | | |
|---|---|---|
| Docébor | docebèris | docebitur |
| docebimur | docebimini | docebuntur |
| Imperat. | Docére | doceátur |
| doceamur | docemìni | doceantur. |
| | Docétor | docétor |
| doceámur | docemìnor | docentor |

Optat. Docérer doceréris docerétur docerémur doceremini docerentur.

Doctus eſſem vel fuiſſem

| | | |
|---|---|---|
| Docear | doceáris | doceátur |
| doceámur | doceamini | doceantur |

Subiunct. Docear Docerer Doctus ſim vel fuerim Eſſem vel fuiſſem. Ero vel fuero.

Infinitiuus

Docéri. Doctum eſſe vel fuiſſe. Doctum iri vel docendum eſſe.

Participia

Doctus et Docendus.

## Tertiæ coniugationis exemplum.

### Verbum actiuum

### Indicatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Legò | legis | legit |
| legìmus | legìtis | legunt |
| legèbam | legèbas | legèbat |
| legebámus | legebátis | legèbant |
| legi | legiſti | legit |
| legìmus | legiſtis | legérunt |
| legèram | legèras | legèrat |
| legerámus | legerátis | legèrant |
| legam | leges | leget |
| legémus | legétis | legent |

### Imperatiuus

| | | |
|---|---|---|
| | lege | legat |
| legámus | legìte | legant |
| | legìto | legìto |
| legámus | legitóte | legunto |

### Optatiuus

| | | |
|---|---|---|
| legèrem | legères | legèret |
| legerémus | legerétis | legèrent |
| legiſſem | legiſſes | legiſſet |
| legiſſémus | legiſſétis | legiſſent |
| legam | legas | legat |
| legámus | legátis | legant |

Subiunctiuus

Legam. legerem. vt in optatiuo.
Legerim legeris legerit
Legerimus legeritis legerint.
Legiſſem, vt in optatiuo.
Legero, legeris, vt in perfecto.

Infinitiuus

Legere. legiſſe. lectum ire, vel lecturum eſſe.
Gerundia. legendi, do, dum.
Supina, lectum, lectu.
Participia legens, lecturus.
In tertia coniugatione præcepta catholica non ſunt, ſed ſingulæ ſunt expendendæ terminationes.

Cio

Facio feci factum afficio affeci affectum, con, de, efficio, in, inter, officio, per.
Iacio ieci iactũ. abiicio, abieci, abiectum, ad, con, de, e, in, ob, pro, re, ſub.
Specio ſpexi ſpectum inuſitatum. aſpicio aſpexi aſpectum, con, de, di, in, pro.
Lacio lexi lactum, inuſitatum, allicio, allexi, allectum illicio, pellicio.
Elicio autem elicui elicitum.

Dio

Fòdio fòdi, foſſum. confòdio, in, per,

Gio

Fùgio fùgi fugitum. con, ef, pro, per.

Pio

Càpio cepi captum. decìpio decépi deceptum con, ac, præ, per, ex.

Ràpio rapui raptum. arrìpio arripui arreptum. cor, di, e, præ, pro, ſub.

Sapio ſapui ſapitum. deſìpio deſipui deſipitum. reſipio.

Cupio cupiui cupitum. percùpio.

Rio

Pario peperi partum et paritum

Tio

Quatio quaſſi quaſſum. percùtio percuſſi percuſſum, con, de, in, diſ, ſuc.

uo duarum ſyllabarum

Verba in uo habent ui ùtum

Arguo argui argùtum, co, red. Acuo, ex. Delibuo. Exuo. Induo. Imbuo. Minuo, di, im, com. Nuo. ab, an, in, re. Spuo, con, in, re, de, ex. Statuo, conſtituo, de, in, præ, pro, re, ſub. Sternuo. Suo, con, dis, aſ, in. Tribuo, at, con.

Pluo, plui, aut pluui plutſi, com, im, per.
Lauo eſt primæ coniugationis, compoſita vero tertiæ, et habent ui utum.
Diluo dilui dilútum, abluo, colluo, eluo, polluo, proluo.
Ruo rui ruitum. at compoſita rùtum u breui diruo dirui dirùtum. corruo, eruo irruo, obruo, ſubruo.
Carent ſupinis
Metuo, batuo, congruo, ingruo.
Cluo, luo, habent ui, ſine ſupinis.
Struo ſtruxi ſtructum. adſtruo, conſtruo, deſtruo, inſtruo.
Fluo fluxi fluxum. affluo, confluo, effluo, de, diffluo, per, pro, re.
Bo
Scribo ſcripſi ſcriptum, adſcribo, con, de, exſcribo, in, per, pro, ſub.
Nubo nupſi nuptum. obnubo, con, pro.
Bibo bibi bibitum bi breui, adbibo adbibi adbibitum, com, im, e, præ.
Glubo glubi glubitum. Deglubo.
Carent ſupinis
Scabo ſcabi. lambo lambi. In ſacris codicibus reperitur lambui.

Cubo cubui cubitum, et ſi ſit primæ coniugationis, compoſita tamen aſſumpto m ſunt tertiæ.

Accumbo accubui, accubitum. procumbo, recumbo, decumbo, ſuccumbo.

Co

Dico dixi dictum. addico, condico,

Duco duxi ductum. adduco. conduco, educo deduco, perduco, reduco.

Uinco vici victum. conuinco.

Jco ici ictum.

Parco parſi parſum. habet etiam peperci parcitum.

Sco

Creſco creui cretum, accreſco. de, con.

Noſco noui notum. ignoſco, dignoſco.

Congnoſco autem cognoui cognitum.

Agnoſco agnoui agnitum.

Paſco paui paſtum. compaſco.

Poſco popoſci poſcitum.

Diſco didici diſcitum.

Compoſita poſco et diſco, geminant principium præteriti.

Depoſco depopoſci, repoſco.

Dediſco, dedidici, ediſco.

Aſciſco aſciui aſcitum.
Conſciſco conſciui conſcitum.
Deſciſco deſciui deſcitum.
Quieſco, quiéui, quiétum. ac. con. re.
Sueſco, ſueui, ſuetum. aſ, de, con, in.

## Inchoatiua

Plurima ſunt finita in ſco, quæ vocantur inchoatiua. et ferme fiunt a neutris ſecundæ coniugationis, adijciendo co ad ſecundam perſonam. ſignificantq; continuum rei incrementum. caleo cales, caleſco, hoc eſt in horas magis caleo. ſic tepeſco, frigeſco, madeſco, erubeſco, et ſimilia.

## Carent ſupinis

Compeſco compeſcui.
diſpeſco diſpeſcui
conquiniſco conquexi

Carent præterito

Gliſco, et omnia inchoatiua, ſed hæc a primitiuis mutuo capiunt. caleſco calui a caleo.

Primitiuum verbum, quod a nullo deriuatur. Deriuatiuum quod deducitur ab alio, vt caleſco a caleo.

Do di ſum

Mando mandi manſum. præ, re.
Scando ſcandi ſcanſum. conſcendo conſcendi conſcenſum. aſ, in, de.
Accendo. Incendo. Succendo.
Offendo. Ludo. Prędo vel prębēdo ap. com. re.
Fundo fudi fuſum. in, con, per.
Scindo ſcidi ſciſſum, conſcindo cōſcidi cōſciſſum. ex, re.
Findo fidi fiſſum. fi breui. diffindo diffidi diffiſſum.
Pando pandi paſſum. ex, op, pro.
Edo édi éſum, adèdo, per, ex, amb,
Comèdo comédi coméſum et comeſtum.
Sido ſine præterito, conſido ſub.
Rudo rudi. ſtrido ſtridi ſine ſupinis.

Geminantia

Pendo pependi penſum. appendo.
Tendo tetendi tenſum et tentum. contendo, in, at, ex, pro, ob.
Tundo tutudi tunſum et tuſum. compoſita vero tuſum. contundo contùdi contúſum, ob, per, re.
Pedo pepédi peditum. oppédo.

Càdo cecìdi cásum. recìdo recìdi, recásum. occido, in, pro, de, ac, con.

Cædo cecídi cæſum, recído recídi recîſſum. occído, in, pro, de, ac, con.

Cedo ceſſi ceſſum, recédo receſſi receſſum, con, pro, de, ac, in, ſuc.

Cado in compoſitis habet i breue, cædo i longum, cedo ſeruat e longum.

Do ſi ſum

Lúdo luſi luſum, illúdo, al, col, e.

Lædo læſi læſum. illído illiſi illiſum. allido collido.

Rádo. ab. cor. Ródo, ar, cor, e.

Trúdo, de, ex, in, ob, Vádo in, e.

Diuìdo diuiſi diuiſum.

Plaudo, ap. plódo, ex, com.

Claudo, olim clúdo. excludo, in, re, con, do, ſe, oc, præ.

Compoſita verbi do, præter illa quatuor, ſunt tertiæ coniugationis, habentqꝫ didi ditum i breui.

Addo addìdi addìtum. con, red, per, pro, in, ob, ab, ſic vendo, credo et Edo. nam èdo edi eſum ſimplex e breui.

Abſcondo vero abſcondi abſconditum.

Go xi ctum

Rego rexi rectum. arrigo arrexi arrectū.
dirigo, cor, e, por.
Pergo perrexi perrectum.
Surgo ſurrexi ſurrectum, in, con.
Affligo, infligo, confligo, ab inuſitato
fligo.
Plango, Clango.
Extinguo, diſtinguo, inſtingo, re-
ſtingo, a verbo inuſitato ſtingo vel ſtin-
guo.
Ungo, in, per. Tingo, in. Lingo, e.
Jungo, ad, con, Mungo, e.

N in ſupinis ablatum

Pingo pinxi pictum, de.
Stringo ſtrinxi ſtrictum, con, di, ob, re,
ab.
Fingo finxi fictum. con, af,
Ringo rinxi rictum.

Carent ſupinis

Ango, anxi. ſugo ſuxi, exſúgo.

Go xi xum

Figo fixi fixum, olim fictum. conſigo, re,
de, in, præ, trans.
Frigo frixi frixum. de, con.

Go gi ctum

Ago égi actum abigo abégi abactum. ad, ex, red, ſub, prod, trans.
Cogo pro coigo coégi coactum.
Perago ſeruat a.
Frango frégi fractum. effringo effregi effractum, con, re, in.
Tango tetìgi tactum. attingo attìgi attactum. con, per, ob.
Lego légi lectum. perlègo perlégi, relego, ſublego per e. quædam vertũt e in i, collìgo collégi, eligo, ſe, de.
Tria faciunt lexi lectum
negligo, intelligo, diligo.
Carent ſupinis, dego degi,
Satago ſatégi, ambigo ambégi.
Pango pepìgi vel panxi pactum. compoſita pegi, impingo impégi impactum ſuppingo, compingo.
Partim a ſeruant, depango, circumpango, oppango, repango.
Pungo pupùgi vel punxi punctum. cõpoſita tantũ punxi. expungo expunxi expunctum, com, dis.
Repungo repupùgi et repunxi.

Go ſi ſum

Spargo ſparſi ſparſum, aſpergo. Mergo.
Tergo pro quo et tergeo. vergo.

Ho xi ctum

Trāho traxi tractum, attrāho, con. tt
Vèho vexi vectum, deuèho, con.

Jo

Meio minxi mictum. per, con.

Lo

Còlo colui cultum. incòlo, accòlo.
Alo, alui, alitum et altum.
Conſulo conſului conſultum.
Occùlo occului occultum.
Mòlo molui molitum. permòlo.
Cello cellui celſum inuſitatum, excello, ante, præ.
Cello ceculi culſum.
percello perculi perculſum.
Pello pepùli pulſum, propello propùli, propulſum. re, im, de, com, ex, per.
Fallo fefelli falſum. refello.
Sallo ſalli ſalſum.
Vello velli vel vulſi vulſum, a, con.
Tollo ſuſtùli olim tetuli, ſublatum. attollo attùli, con, ex, pro.

Carent ſupinis

Pſallo pſalli. Uólo volui.
Nólo nolui málo malui.

Mo mui mitum

Gèmo genui gemitum. Uòmo, e, re.
Frèmo. Trèmo.

Mo pſi ptum

Prómo prompſi promptum. ex, de.
Súmo, con. Cómo. Démo.
Emo emi emptum. adìmo adémi ademptum, ex, red, inter.
Coèmo coémi coemptum ſeruat, e.
Dirìmo dirémi diremptum.
Prèmo preſſi preſſum, imprìmo. com.

No

Póno poſui poſitum, appóno, com, de.
Gigno genui genitum.
Sterno ſtraui ſtratum, proſterno.
Sperno ſpreui ſpretum. deſperno.
Sìno ſiui ſitum.
Deſìno deſiui deſitum.
Cerno creui cretum, decèrno.
Lìno liui vel leui vel liui litum.
Illìno illéui illitum i breui oblìno, allìno. relìno, interlìno.

Cano cecìni cantum. Cōpoſita vero cinui
centum. accìno accinui accentum. con, re.
Temno tempſi temptum. contemno.

Po pſi ptum

Répo repſi reptum. obrépo. irrépo, ſur.
Carpo carpſi carptum. decerpo decerpſi
decerptum. con. Serpo, inſerpo, pro.
Scalpo, Sculpo.

Excipe

Rumpo rūpi ruptum. abrumpo.
Strèpo ſtrepui ſtrepìtum. obſtrèpo.

Quo Linquo, liqui, lictū.

Cōquo coxi coctum, decoquo, in, per.

Ro

Tèro triui tritum. attèro, detèro.
Quæro quæſiui quæſitum. exquíro exqui-
ſiui exquiſitum. con, re.
Gèro geſſi geſtum. congèro, digèro.
Ūro uſſi uſtum. adūro, exūro.
Verro verri vel verſi verſum. con.
Curro cucurri curſum. accurro accurri,
non enim geminant compoſita.
Præcurro autem præcucurri.
Fèro tùli lātum. adfèro attùli allātum.
Furo ſine præterito.

Sèro ſeui ſatum, id eſt ſemino, et planto. aſſèro aſſeui aſſitum, con, in.

Sèro ſerui ſertum, id eſt admoueo et ordino. aſſèro aſſerui aſſertum. conſèro, deſèro, exèro. Sed diſſèro diſſerui diſertum vnico ſ in ſupino.

### So ſiui ſitum

Laceſſo laceſſiui laceſſitum. Accerſo.

Inceſſo inceſſiui et inceſſi, inceſſitum.

### So ſi ſum

Capeſſo capeſſi capeſſum. Faceſſo.

Viſo viſi viſum, inuiſo, pro, re.

Pinſo pinſui piſtum.

### To

Plecto plexi plexum.

Flecto flexi flexum. deflecto.

Necto nexi vel nexui nexum.

Pecto pexi vel pexui pexum.

Peto petiui petitum. appèto.

Mitto miſi miſſum. admitto.

Mèto meſſui meſſum. demèto.

Sterto ſtertui, ſine ſupino.

Verto verti verſum. aduerto. con.

Supinum verſum fit a tribus verbis, vergo, verro, et verto.

Siſto ſiſti ſtatum, verbum actiuum, hoc eſt, facio vt aliquid ſtet, ſiſte gradum, ſiſtit ſanguinem.

Siſto neutrum, idem quod ſto, caret præterito et ſupino. compoſita ſeſe habent vt a ſto, reſiſto reſtiti reſtitum, deſiſto, &c. obſiſto.

### Uo

Uiuo vixi victum. conuiuo.

Soluo ſolui ſolutum, abſoluo.

Uoluo volui volutum, inuoluo.

Caluo calui ſine ſupino. Dicitur etiam caluor caluèris deponens pro eodem, hoc eſt decipio. Siquidem quædam ſunt verba, quæ nunc in o deſinunt, nunc in or. lachrymor, oſculor, reuertor, impertior, olim labcrymo, oſculo, in quibus vſus authorum ſeruandus eſt.

### xo

Texo texui textum. attexo, de, con.

Nexo nexui nexum. Pro quo etiam necto, et in prima coniugatione nexo as. Quædam enim in diuerſis reperiuntur coniugationibus. caueo cauo. tergeo tergo. meminiſſe ſat eſt.

Paſſiuum

Indic. legor legèris legitur, legimur legimini leguntur.
Legébar legebáris legebátur. legebámur legebámini legebantur.
Lectus ſum vel fui, Eram vel fueram.
Legar legéris legétur legémur legémini legentur.
Imperat. Legère legátur legámur legimini legantur.
Legitor legitor legámur legiminor leguntor.
Optat. Legerer legeréris legerétur legerémur legeremini legerentur.
Lectus eſſem vel fuiſſem.
Legar legáris legátur legámur legámini legantur.
Subiunc. Legar, Legèrer. Lectus ſim vel fuerim. Eſſem vel fuiſſem. Ero vel fuero.

Infinitiuus

Legi. Lectum eſſe vel fuiſſe. Lectum iri vel legendum eſſe.

Participia

Lectus. Legendus.

## Quarta coniugatio deſinit in io.

### Verbum actiuum

#### Indicatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Audio | audis | audit |
| audimus | auditis | audiunt |
| Audiébam | audiébas | audiébat |
| audiebámus | audiebátis | audiébant |
| Audiui | audiuiſti | audiuit |
| audiuìmus | audiuiſtis | audiuérunt |
| Audiueram | audiueras | audiuerat |
| audiuerámus | audiuerátis | audiuerát. |
| Audiam | audies | audiet |
| audiémus | audiétis | audient |

#### Impèratiuus

| | | |
|---|---|---|
| | Audi | audiat |
| audiámus | audite | audiant |
| | audito | audito |
| audiámus | auditóte | audiunto |

#### Optatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Audirem | audires | audiret |
| audirémus | audirétis | audirent |
| Audiuiſſem | audiuiſſes | audiuiſſet |
| audiuſſémus | audiuiſſétis | audiuiſſent |
| Audiam | audias | audiat |
| audiámus | audiátis | audiant |

Subiunctiuus

Audiam. Audirem, vt optatiuus.
Audiuerim audiueris audiuerit
audiuerimus audiueritis audiuerint.
Audiuiſſem, vt optatiuus.
Audiuero audiueris, vt perfectum.

Infinitiuus

Audire. Audiuiſſe. Auditum ire vel auditurum eſſe.
Gerundia. Audiendi do dum.
Supina. Auditum, auditu.
Participia. audiens, auditurus.

Canon

Verba quartæ coniugationis habent iui itum i longo.
Audio audiui auditum. Scio, Cio, concio, excio. Abortio, Compedio, Dormio, faſtidio, punio, Sopio et alia innumera.
Eo et queo, imperfectū, ibam, quibam. futurum ibo quibo. Supinum itum eſt i breui. adeo adiui aditum. Et quibuſdam locis e pro i. Eo eunt eat eant eunto. eam eas eamus eatis. iens euntis participium.

Exceptio

Singultio ſingultiui ſingultum.
Sepelio ſepeliui ſepultum
Amicio amiciui et amicui amictum.
Uènio vèni ventum. aduènio.
Uincio vinxi vinctum. deuincio.
Sancio ſanxi ſanctum. vel ſanciui ſanctum.
Haurio hauſi hauſtum.
Sépio ſepſi et ſepiui ſeptum.
Sàlio ſalui et ſaliui ſaltum. inſìlio inſilui inſultum, reſìlio.
Cambio campſi campſum.
Sentio ſenſi ſenſum, conſentio.
Raucio rauſi rauſum, irraucio.
Farcio farſi fartum. confercio.
Sarcio ſarſi ſartum, reſarcio.
Fulcio fulſi fultum. ſuffulcio.
Pàrio pepèri partum, eſt tertiæ coniugationis, compoſita quartæ.
Apèrio aperui apertum.
opèrio operui opertum
Compèrio compèri compertum
repèrio repèri repertum.
Duo habent rui, et totidem ri.

Paſſiuum

Indic. Audior audíris audítur
audímur audímini audiuntur
Audiébar audiebáris audiebátur
audiebámur audiebámini audiebantur
Audítus ſum vel fui. Eram vel fueram.
Audiar audiéris audiétur
audiémur audiémini audientur.
Imper. Audíre audiátur
audiámur audímini audiantur.
Audítor audítor
Audiámur audíminor audiuntor
Optat. Audírer audíréris audirétur
audirémur audirémini audirentur
Audítus eſſem vel fuiſſem.
Audiar audiáris audiátur
audiámur audiámini audiantur.
Subiunc. Audiar Audírer Audítus
ſim vel fuerim. Eſſem vel fuiſſem.
Ero vel fuero.

Infinitiuus

Audíri. Audítum eſſe vel fuiſſe.
Audítum iri, vel audiendum eſſe.

Participia.

Audítus: Audiendus.

Tempora, quæ a preſenti formantur.

| Pri | Secunda | Tertia | Quarta | Perfectū |
|---|---|---|---|---|
| O | Eo | O | io | i |
| ábam | ébam | ébam | iébam | èram |
| ábo | ébo | am | iam | iſſem |
| a | e | e | i | èrim |
| áto | éto | ìto | íto | iſſem |
| árem | érem | èrem | írem | èro |
| em | eam | am | iam | iſſe |
| em | eam | am | iam | paſſiuū |
| árem | érem | èrem | írem | ſum vel |
| áre | ére | ère | íre | fui |
| ans | ens | ens | iens | erā vel |
| Or | Eor | Or | Ior | fuèram |
| ábar | ébar | ébar | iébar | eſſē vel |
| ábor | ébor | ar | iar | fuiſſem |
| áre | ére | ère | íre | ſim vel |
| átor | étor | ìtor | ítor | fuèrim |
| árer | érer | èrer | írer | eſſē vel |
| er | ear | ar | iar | fuiſſem |
| er | ear | ar | iar | ero vel |
| árer | érer | èrer | írer | fuero |
| ári | éri | i | íri | eſſe vel |
| andus | endus | endus | iendus | fuiſſe |

Ere pro érunt. amauére amauérunt.

Deponentium et communium poſito participio præteriti temporis, facile colliguntur inde cætera.

Primæ coniugationis átus.

Fúror furatus ſum, furatum.

glorior, imitor, teſtor, venor, aucupor, veneror, et cætera.

Secundæ ìtus i breui.

Vereor verìtus, liceor, polliceor, mereor, promereor.

Excipe

Reor ràtus ſum, ràtum.

Miſereor miſertus, legitur etiam miſeritus ſine ſyncope.

Fàteor faſſus. confìteor.

Tueor tuitus vel tutus, contueor,

Medeor caret ſupino.

Tertiæ coniugationis verba ſeſe habent vario modo.

Gràdior greſſus. congrèdior.

Morior mortuus. at moriturus tanq̃ a ſupino moritum.

Patior paſſus. perpètior

Fruor fruitus et fructus. perfruor.

Tuor tutus et tuitus. contuor.

Lábor lapſus ſum, allábor, collábor
Adipiſcor adeptus. indipiſcor indeptus ab antiquo verbo, apiſcor aptus.
Comminiſcor commentus.
Defetiſcor defeſſus, ab inuſitato verbo, fatiſcor feſſus.
Expergiſcor, experrectus.
Iraſcor iratus, ſubiraſcor
Nanciſcor nactus.
Naſcor natus. tamen futurum naſciturus. innaſcor, renaſcor.
Obliuiſcor oblitus.
Paciſcor pactus. depeciſcor depactus.
Proficiſcor profectus.
Vlciſcor vltus.
Reminiſcor et veſcor ſine ſupino.
Fungor functus. defungor.
Lòquor locutus. allòquor, collòquor.
Sèquor ſecutus inſèquor, conſèquor.
Liquor caret ſupino.
Quèror queſtus, conquèror.
Amplector amplexus.
Complector complexus.
Nitor niſus vel nixus. ob. re.
Vtor vſus. abutor.

Quarte coniugationis ītus i longo.
Blandior blanditus. mentior, molior, partior, impertior.
Potior potitus, reperitur etiam potitur. i breui, vt legitur.

Excipe

Experior expertus.
Opperior oppertus.
Metior menſus. e, per, di.
Ordior orſus, exordior.
Orior ortus exorior. participium oriturus tanq̃ a ſupino oritum.
Infinitiuus oriri in quarta, i longo.
Oritur i breui, vt legitur.
Oriris vt audiris. vel etiam in tertia oreris vt legeris e breui.

Communia verba

Primæ. Criminor, dignor, hortor, hoſpitor, interpretor, moror, oſculor, ſolor, ſtipulor veneror
Tertiæ. Amplector amplexus, Obliuiſcor oblitus.
Quartæ. Experior expertus Largior largitus.
Secundæ vero coniugationis hodie

uir reperiuntur communia. olim autem vereor, tueor, medeor, confiteor, polliceor, reor, et multa etiā aliarum coniugationum deponētia, communiter accipiebantur.

Itaqꝫ quæcunqꝫ in or finita, nunc actiue capiuntur, nunc paſſiue, cenſenda ſunt communia.

## Anomala

Anomala verba ſunt, quæ non ſunt cæteris æqualia. vt ſum, fio, fero, volo, nolo, et ſimilia.

Coniugatio ſum habita eſt ſupra.

Præteritum fui, ab antiquo verbo fuo vnde futurus.

Apud Comicos paſſim reperitur. fiem fies fiet, pro ſim ſis ſit,

Compoſita, adſum, deſum, abſum obſum, ſubſum, ſuperſum, interſum inſum, poſſum, proſum.

Hæc non habent participium præſentis temporis præter duo, abſum abſens, præſum præſens.

Potens plæriqꝫ aſſerunt eſſe nomen non participium. inde impòtens.

Poſſum inter coniugandum recipit t.
Poſſum potes poteſt.
poſſumus poteſtis poſſunt.
Poteràm, potui, potuèram potèro.
Optatiuus, poſſem poſſes poſſet, pro poteſſem poteſſes poteſſet.
Infinitiuus poſſe pro poteſſe.
Proſum prodes prodeſt, proſumus prodeſtis proſunt. Proderam. Profui. Profueram. Prodero. Prodeſſem.
Prodeſſe, ob ſequentem vocalem interſerit literam d.

Fio

Fio quartæ coniugationis, ponitur loco paſſiui verbi Facio, non enim dicimus facior, ſed fio.

Indicat. Fio. Fiebam. Fiam.
Imper. Fias, non fi, fito.
Optat. Fierem aſſumit e. Fiam.
Subiunc. Fiam. Fierem.
Infinit. Fieri addito e.

Reliqua formantur a participijs factus et faciendus, et ſupino factum, adminiculo verbi ſubſtantiui, quemadmodum mos eſt in verbis paſſiuis.

Compoſita a fio, confio, deſio,
Ut facio fio, ſic calefacio calefio magnifacio magnifio.
At efficio efficior, præficio præficior, et huiuſmodi compoſita, quæ mutant a in i, habent paſſiuum in or.

## Fero

Uerbum fero eſt tertiæ coniugationis, ſed in quibuſdam perſonis patitur ſyncopen, abiecto e aut i,

### Indicatiuus

Fero, fers, fert. ferimus, fertis, ferunt. Ferebam. Feram.

### Imperatiuus

| | | |
|---|---|---|
| | Fer | ferat |
| ferámus | ferte | ferant. |
| | Ferto | ferto |
| ferámus | fertote | ferunto |

### Optatiuus

Ferrem Feram.

### Subiunctiuus

Feram. Ferrem.

Infinitiuus Ferre.
Gerundia Ferendi, do, dum.
Participium Ferens,

Paſſiuum

Indicatiuus

Præſens. Fero, ferris, fertur.

Imperatiuus

| | | |
|---|---|---|
| Præſens. | Ferre | feratur. |
| Futurum | Fertor | fertor. |
| Optatiuus | Ferrer. | Ferar. |
| Subiunctiuus | Ferar | Ferrer |
| Infinitiuus | Ferri. | |

Cætera tam in actiuo quam paſſiuo ſequuntur leges cõmunes. et fiunt a præterito tuli, et ſupino latum.

Tuli, tuleram, tuliſſem, tulerim, tulero, tuliſſe. Latus ſum, eram, eſſem, ſim, ero, eſſe.

Compoſita adfèro, con, re, per.

Uolo

Indicatiuus

Præſens. Uolo vis vult
Uolumus vultis volunt.

Optatiuus

Præſ. vellem velles vellet vellémus
Fut. velim velis velit velímus

Infinitiuus

Uelle ſine futuro.

Malo

Indicatiuus

Malo mauis mauult
malumus mauultis malunt.

Optatiuus

Præſ. Mallem, les, let. lémus.
Fut. Malim, lis, lit. límus i longo
vt velímus velítis.
Infinitiuus Malle.
Apud Plautum mauòlo, mauellem, ma-
uèlim, pro malo, mallem, malim.

Nolo

Indicatiuus

Nolo non vis non vult
nolumus non vultis nolunt

Imperatiuus

Noli, nolit, Nolite nolint.
Nolito, nolitóte.

Optatiuus

Præſ. Nollem les let lémus.
Fut Nolim lis lit límus.
Infinitiuus Nolle.
Participium Nolens.
Reliqua volo malo et nolo, aut deſyde-
rant, aut habent legitima.

## Apocope imperatiui

Dic, duc, fac, fer. imperatiui ſunt, pro dice, duce, face, fere.
Apocope eſt ablatio literæ vel ſyllabæ de fine dictionis.
Vt fac, ita benefac. Sed compoſita quæ vertunt a in i, habent imperatiuum iuſſiui: efficio effice,

## Cœpi

Cœpi, memini, noui, et odi, voces præteriti, ſignificant etiam preſens,
Odi, hoc eſt odio habeo, et habui.
His verbis non ſunt niſi tempora, quæ deducuntur a præterito.
Meminero, odero, nouero, cœpero, etiam vſurpantur, vt indicatiui.
Imperatiuus eſt a memini. Memento et mementote.
Cœpi fit ab antiquo verbo cœpio; cuius ſupinum eſt cœptum, vnde cœpta cœptorum, id eſt initia.
Ab odi participia oſus, exóſus, peróſus, ſignificant actiue, hoc eſt qui odit. Ouidius Ille peroſus opes ſyluas et rura colebat.

Neutropaſſiuum vocant verbum, quod cum in o deſinat, habet præteritum perinde ac ſi deſineret in or.
Soleo ſolitus ſum. Fio factus ſum.
Fido fiſus ſum. Audeo auſus ſum.
Mœreo mœſtus. Gaudeo gauiſus.
Quædã habent vtrũq; præteritum.
Titubo titubaui, titubatus ſum.
Iuro iuraui, iuratus ſum:
Placeo placui, placitus ſum.
Careo carui, caſſus ſum.
Mereo merui, meritus. pro quo etiam dicitur mereor deponens.
Prandeo prandi pranſus.
Cœno cœnaui, cœnatus.
Nubo nupſi, et nupta ſum.
Sic et imperſonalia quædam
Pudet puduit puditum eſt.
Miſeret, miſeruit, miſertum eſt.
Licet licuit licitum eſt.
Libet libuit libitum eſt.
Pertædet pertæduit pertæſum eſt. a ſimplici tædet teduit. nam tæſum non eſt in vſu.
Piget piguit pigitum eſt.

Verbum personale eſt, quod tres habet personas. amo, amas, amat.
Impersonale, quod personis caret. ſed faciem habet tertiæ personæ per omnes modos ac tempora.
Pœnitet. pœnitébat, pœnituit, pœnituerat. pœnitébit. pœniteat. pœnitéret.
Statur. ſtabatur. ſtatum eſt, ſtatum erat. ſtabitur. ſtetur. ſtaretur.

Impersonalia actiuæ vocis

| | | | |
|---|---|---|---|
| Conſtat. | præſtat. | reſtat. | iuuat. |
| delectat | vacat | Pœnitet | tædet |
| placet | libet | licet | liquet |
| oportet | decet | pudet | piget |
| miſèret | patet | Accidit | cõtingit |
| ſufficit | conducit | Cõuènit | euènit |
| expedit | Eſt | intereſt | refert |

Impersonalia paſſiuæ vocis
Ferme fiunt a verbis neutris.
Statur. curritur. et cætera.
In rimandis temporibus verbi impersonalis, finge verbum personale. ac deinde cape tertiam personam.
pœniteo pœnites pœnitet.
Curro: curreris curritur.

Verbum neutrum paſſiuum in o deſinit, et ſignificat paſſiue.

Vapulo, id eſt verberor.

Fio, id eſt gignor et efficior.

Exulo, id eſt expellor patria.

Liceo, id eſt æſtimor.

Nubo, id eſt trador viro.

Veneo venui et venij per ſyncopen, venum, id eſt vendor. fit ab eo.

## Syncope præteriti

Perfecta in vi, et inde deducta, patiuntur ſyncopen.

amauiſti, amaſti, amauerunt, amarunt amauiſſe, amaſſe. petiuit, petijt. rediuit, redijt. et huiuſmodi multa.

Sic noſti, ſciſti, flaſti, fleſti, pro nouiſti ſciuiſti, flauiſti fleuiſti.

Comica ſunt dixti, intellexti, pro dixiſti et intellexiſti.

## Edo comèdo.

Edo es eſt ſic comèdo comes comeſt.

Es et eſte, pro ede et edite.

Eſſem pro ederem. ſic comeſſem.

Eſſe pro edere. ſic comeſſe.

Eſtur pro editur.

Significationes aduerbiorum variæ ſunt: ponemus aliquas.
Temporis. quando? hodie. heri. nunc. nuper, cras, aliquando, olim, ſemper. perendie, nudiuſtertius, nudiuſquartus, pridie, poſtridie, dudum, iamdudum, pridem, iampridem.
Numeri. quoties? toties, ſemel, bis, ter quater, quinquies, ſexies. ſepties. nouies, decies, centies, millies.
Negandi. haud, non, neq;, nequaquam.
Affirmandi. etiam, certe, profecto, nimirum, nempe, næ.
Demonſtrandi. en, ecce.
Optandi. vtinam, o ſi.
Hortandi. eia, age.
Ordinis. deinde, deinceps.
Interrogandi. Cur? quare? quamobrem? nonne? nunquid?
Similitudinis. quaſi, ceu, ſicut, ſicuti. tanquam, velut, veluti, vt, vti.
Quantitatis. multum, parum, modicum, minimum, valde.
Dubitandi. forſan, forſitan, fortaſſe, fortaſſis.

Perſonalia. mecum, tecum ſecum nobiſ-
biſcum vobiſcum. quaſi cum me te ſe.
Vocandi. o, heus.
Iurandi. ædepol, hercle, medius fidius,
Congregandi. ſimul, vna, pariter.
Aduerbia localia ſunt, quæ apte reſpon-
dentur ad interrogationes, vbi? vnde?
qua? quo? quorſum? quouſqz?
Vbi? hoc eſt, in quo loco?
Hic, illic, iſtic, ibi, alibi, inibi, ibidem.
vbiqz, vbilibet, vbiuis, ſicubi, necubi, paſ-
ſim, vulgo, intus, foris, nuſq̃.
Seruiunt quieti in loco.
Vnde? hoc eſt de quo loco?
hinc, illinc, iſtinc, vndeuis, vndelibet, vn-
decunqz, vtrinqz.
Seruiunt motioni e loco.
Qua? hoc eſt per quẽ locum?
Hac, illac, iſtac, alia, aliqua, ſiqua, ne-
qua, qualibet, quaqua, recta.
Seruiunt motioni per locum.
Quo? hoc eſt ad quem locum?
huc, illuc, iſtuc, alio, aliquo, eo, eodem,
quolibet, quouis, intro, foras.
Seruiunt motioni ad locum.

Quorſum? hoc eſt, quē locū verſus?
Horſum, illorſum, iſtorſum, aliorſum.
Dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deor-
ſum, quoquouerſus.
Seruiunt motioni ad locum.

Quouſqꝫ? hoc eſt ad quē vſqꝫ locum?
Hucuſqꝫ, illucuſqꝫ, hactenus.
Seruiunt, et motioni, et quieti.
Aduerbia qualitatis ſunt, docte, pulchre,
fortiter, viriliter, bene, male.
Ab adiectiuis ſecundæ declinationis. fiunt
aduerbia in e, doctus docte.
Ab adiectiuis autem tertiæ, in ter. fortis
fortiter. ſed duriter a durus.
Comparatiuus neutri generis aduerbia-
ſcit. ſcribit doctius te, id eſt magis docte
q̄ tu.
Sic et alia adiectiua, in neutro genere ca-
piuntur loco aduerbij.
dormit altum pro alte.
Ut in nominibus, ita et in aduerbijs tres
ſunt gradus comparationis.

| Poſitiuus | Comparatiuus | Superlatiuus |
|---|---|---|
| Docte. | doctius | doctiſſime |
| fortiter. | fortius. | fortiſſime. |

Aduerbia iunguntur præcipue verbis et participijs. currit velociter, currens velociter, ſcribit eleganter.
Adhærent etiam nominibus adiectiuis, adoleſcens valde nobilis.

## Coniunctio

Coniunctio adnectit, et ordinat orationis ſententias.
Copulatiuæ. et, que, at, atqȝ, ac, aſt.
Diſiunctiuæ. aut, ve, vel, ſeu, ſiue.
Cauſales. quoniam, quoniamquidem. quando, quandoquidem.
Rationales. itaqȝ, quapropter, ergo, ideo, igitur, idcirco, propterea.
Sunt et aliæ. quidem, equidem, ſi et ſi, quanuis, ꝙ ꝙ, licet, porro, tamen, et multæ præterea. quarum ſignificationem, authorum docebit lectio.

## Interiectio

Interiectio eſt vox, in quam prorumpimus, vt ſic vel ſic animo affecti ſumus.

Dolentis, heu. Admirantis, papæ.
Metuentis, atat. Ridentis, ha ha he.
Laudantis, euge. et conſimiles.

## Adiectiuum

Adiectiuum et ſubſtantiuum concordant genere, numero, et caſu, vt ſupra ſcriptum eſt in ſecunda declinatione.

Adiectiuum triplex. Nomē, bonus. Pronomen, meus, Participium, amans.

Sunt autem omnia pronomina adiectiua et ſi crebro capiantur ſubſtantiue, quemadmodum et cætera adiectiua.

omnes mei iam defuncti ſunt.

nulli boni ſic viuunt.

ſententia eſt omnium eruditorum.

## Relatiuum

Relatiuum et antecedens, concordant genere et numero.

inemendatus eſt liber, quem emiſti.

Antecedens eſt, quod in ſentētia prius eſt.

Relatiuum, quod antecedentis ſignificatum alia voce refert.

liber eſt antecedens: qui relatiuum.

Relatiua ſunt, nomen qui, et pronomina, ille, ipſe, is.

Antecedēs interdum intelligitur, non exprimitur. ſunt qui pecunias contemnant. ſunt aliqui, aut nonnulli, qui contemnant.

Relatiuum neutro genere capitur velut ſubſtantiuum, et refert totam orationem.

qui virtute præditus eſt, ſuis rebus cõtentus eſt. quod eſt proprium diuitiarum.

quod id eſt, quæ res, aut quod, nempe ſuis rebus contentum eſſe.

### Interrogatiuum.

Interrogatio et reſponſio, ferme gaudent eodem caſu.

quis docet? præceptor.

quem diligis? amicum.

### Coniunctio

Coniunctiones, et quæcunque vocem voci adnectunt, et caſus poſtulant ſimiles, et modos.

odit bonos et malos.

diligentior maritus, q̃ vxor.

præſtat abundare q̃ mendicare.

### Caſus thematis

Quem caſum regit nominatiuus, eum habent et caſus reliqui.

oculus domini. oculum domini.

Thema verbi, et quæ veniunt a themate, eandem habent conſtructionem.

amo, amaui, amando, amans deum.

Nominatiuus a fronte

Verbum perſonale, finiti modi, a fronte poſtulat nominatiuum eiuſdem numeri et perſonæ vt ſupra ſcriptum eſt in prima coniugatione.

Loco nominatiui ponitur quandoque tota oratio, aut infinitiuus.

dolet patri quod filius viuat perdite.

noſſe hiſtoriam res eſt iucunda.

ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?

Nominatiuus a tergo

Sum, fio, vocor, nominor, dicor, appellor, cenſeor, credor, habeor, iudicor, putor, et ſimilia, etiam a tergo petunt nominatiuum.

Deus eſt iuſtus.

puer videtur ingenioſus.

Et vbicunque aut geſtus corporis, aut affectio animi, aut alius quiuis rei modus et habitus ponitur, illic locum habet nominatiuus poſt verbum.

Diſceſſit triſtis.

Dormit ſecurus.

fecit inuitus.

Id apud Arabes eſt حالا halon quoties iam vtcunque abſoluta oratione, dictio additur, quæ negotij modum exprimat.

جا زيد راكبا . gea zeidon rakiben.

hoc eſt venit zeidon equitans. de quo agit celeberrimus Grammaticus Abu alcaſimi, capite de verbis tranſitiuis. et nos aliquando, deo propitio, de hoc loquemur in inſtitutionibus Arabicis. quas hactenus non edidimus, typorum auxilio deſtituti. eos vbi primum tolerabiles nacti fuerimus, Arabicas literas noſtris hominibus commonſtrabimus, rem Medicis in primis vtilem.

Verum omiſſis Arabicis, redeamus ad latina.

## Appoſitio

Quoties duo ſubſtātiua ad idem pertinēt, ambo’ eiuſdem ſunt caſus.

vrbs Roma. Poeta Terentius.

In appoſitione, alteri ſubſtantiuo, quod eſt magis commune, addi conſueuit adiectiuum, vel aliud quippiā declarans.

Ariſtoteles philoſophus præſtantiſſimus.

vulpecula animal miræ calliditatis,

## Perſonæ diuerſæ

Verbum ſemper concordat cum pronomine aut expreſſo aut intellecto.

Ego diues gaudeo. nos miſeri dolemus.

Tu diues gaudes, vos miſeri doletis.

Demptis pronominibus, idem verbũ tamen manebit. diues gaudeo, nempe ego.

Omnis enim nt̃s, pro arbitrio pronominis, aut primæ aut ſecũdæ fit perſonæ.

Quod ſi coniunctio, aut aliud quippiam diſparitatem faciat perſonarum, verbum concordabit cum perſona digniore.

Ego et tu diligimus literas.

Tu et frater non probe facitis.

## Genera diuerſa

Sic quando genera ſunt diuerſa, adiectiuum reſpicit genus dignius.

Maritus et vxor ſunt formoſi.

Sed i nominibus rerum anima carẽtium, adiectiuum ferme eſt neutrum.

Vinolentia et libido grata ſunt barbaris.

Cæterum coniunctio copulatiua, tam verbum, q̃ adiectiuum exigit plurale.

Ego et vxor pulchre concordamus.

Frater et ſoror ſunt defuncti.

Quod ſi ratione coniunctionis non vſur-
pamus numerum pluralem, et tamen aut
genera varient, aut perſonæ, ſemper ad-
iectiuum et verbum concordant cum ꝓ-
pinquiore.

quid ego, populus mecum deſiderat.

ſeruate liberos, fortunásq; veſtras.

Excipe particulam q̃, et aduerbia ſimili-
tudinis.

melius nos q̃ tu iſtæc nouimus.

tempora velut aqua labuntur.

## De genitiuo

Quando duo ponuntur ſubſtantiua quæ
ad diuerſa pertinent, alterum eſt genitiui
caſus, vt ſupra diximus.

Subſtantiue capiuntur et adiectiua.

vita bonorum. ſpes eorũ. amantium iræ.

Eleganter quædam potius neutro ſubſtã-
tiuo ponuntur, q̃ adiectiue.

nihil pecuniæ. id ætatis.

minus virium. quid rei eſt.

pro nulla pecunia, ea ætas.

Sic aduerbia quædam loci, temporis, et
q̃titatis gaudent genitiuo.

Tunc temporis, vbi terrarũ? parum vini.

Genitiuus capitur

Actiue, quando declaratur verbo actiuæ ſignificationis.

prouidentia dei. nam deus prouidet.

Paſſiue, cum verbo paſſiuæ ſignificationis exponitur.

cultus dei, quo deus colitur,

Poſſeſſiue, quando rem quampiam poſſideri ſignificamus.

ager patris, quem pater poſſidet.

Nomina quædã, præcipue verbalia, iuncta genitiuis, dubiam habent ſententiam.

amor. odium. deſiderium, dolor, faſtidiũ, memoria, cura, vſus.

vtilitas, poteſtas, copia, ſuſpitio.

et quæcunqꝫ alia, tum actiue, tum paſſiue exponi poſſunt.

amor dei actiue, quo deus amat.

amor dei paſſiue, quo deus amatur.

Pronominum vero trium genitiui primitiuorum, mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, perpetuo capiũtur paſſiue.

amor ſui, odium mei.

memoria noſtri. Deſyderium tui, hoc eſt quo tu ab alijs deſyderaris.

Junguntur prædicti genitiui verbalibus, et alijs quibuſdam nominibus.
amor, odium, faſtidium, laus, ratio, ſpes, expectatio, æſtimator, accuſator, deprecator, defenſor, detractor.
cultrix, miratrix.
Etiam his nominibus.
Natura, vis, exemplum, finis, abſentia, fama, magnitudo, ſermo, primordium.
Præterea ijs, quæ partem ſignificant.
pars. dimidium, medium, quid, aliquid.
quorum exempla paſſim obuia ſunt.
Itaq; quoties aut actionem, aut poſſeſſionē ſignificamus pro his genitiuis vtimur pronominibus quæ vocant poſſeſſiua.
meus, tuus, ſuus noſter, veſter.
ager meus. quem poſſideo.
amor meus, quo quempiam amo.
Quædam citra diſcrimen efferuntur.
cauſa mei, et cauſa mea.
imago mei, et mea. ſi modo eā intelligas, quæ me referat. alioqui minime.

Pars et accidens

Partes corporis, et quæcunq; vel animo vel corpori inſunt, collocantur in genitiuo vel ablatiuo, ſimul cum adiectiuo laudis aut vituperationis.

Vir magni naſi. puer bonæ indolis.
Magno naſo. bona indole.

Quandoq; adiectiuũ gaudet ablatiuo. vir magnus naſo. puer bonus indole.

Poetice autem accuſatiuo.

Vir magnus naſũ. puer bonus indolem.

Accidentia ſunt, quæ poſt naturã ipſam rerum, in rebus intelliguntur, vt in aqua calor, in pariete color. in vulpe calliditas. in homine memoria, probitas, vitium, et ſimilia.

Adiectiua genitiui

Adiectiua quæ genitiuum poſtulent, permulta in authoribus obſeruabis.

Cupidus auri. Ferax tritici.
Studioſus pilæ. neſcius culpæ.
Docilis praui. Ignarus viæ.
Prodigus pecuniæ. Rudis literarum.
Memor iniuriæ Immemor beneficij.
et item alia quàm plurima.

Eodem pertinent participia, dum accipiuntur vt nomina.

amans pacis. Doctus pilæ.
fugitans litium. conſultus iuris.

Quæ ob id nomina ſunt, quod comparationem ferant, vt amantior pecuniæ q̃ virtutis, doctiſſimus grammaticæ. nam vera participia nō comparantur.

Præterea participia, verbi caſum poſtulant, et tempus notant. amans pacem, vt amo pacem, præſentis temporis.

Genitiuo iunguntur vel datiuo, affinis, communis, ſimilis, et pauca quædā alia. vbi occurrent, memineris.

## Partitiua

Partitiua, hoc eſt, quæcunq; partem notant, genitiuum poſtulant pluralem, aut collectiui nominis ſingularem.

quiſque viuentium. nemo mortalium.
vter fratrum. vterque eorum.
Doctiſſimus noſtræ ciuitatis.

Et ſolet hic genitiuus declarari, per præpoſitiones de, ex, inter.

pauci virorum, id eſt, pauci de vel ex viris, aut pauci inter viros.

Collectiuum nomen eſt, quod ſingulari numero ſignificat multa. gens, plæbs, populus, turba, multitudo, ciuitas.
Partitiuorum multæ ſunt ſpecies.
Uniuerſalia, vt omnis, quiſque, quicunque, quiſquis, vterque, vteruis, nullus, nemo, neuter.
Particularia, quidam, aliquis, alter.
Interrogatiua. quis? vter?
Poſitiuus. pauci vel multi diſcipulorum. et breuiter quoduis adiectiuum poteſt accipi partitiue. lanarum nigræ nullum colorem bibunt, hoc eſt, quæ inter lanas ſunt nigræ.
Comparatiuus, manuum fortior eſt dextera, id eſt inter manus. ſiquidem vbi iungitur ablatõ, declaratur, per quam.
Doctior te, id eſt, quam tu.
Superlatiuus. doctiſſimus poetarum.
Debet autem comparatio fieri inter res eiuſdem generis. male nãque dicas. Hector fortiſſimus ẽ Græcorum.
Troianus enim erat, non Græcus.
ſed hic comparatiuus ponetur cum ablatiuo. fortior omnibus Græcis.

Pronomina. animalium hoc rationis eſt particeps, illud expers.

Numeralia. mille militum. primus poetarum, ſapientum octauus.

Aduerbia. partim virorum. et quæ veniunt a ſuperlatiuis, omnium dulciſſime canit philomela.

Interdum etiam huiuſmodi genitiuus migrat in caſum partitiui, vt ſit oratio adiectiui et ſubſtantiui.

Quis hominum? Quis homo?

Cæterum partitiua ſunt eiuſdem generis cum toto, id eſt genitiuo.

quiſq; virorum. quæq; fœminarum.

Excipe collectiua, optimus plæbis.

Et quando cum præcedente quopiam nomine conueniūt. lupus villoſiſſimus animalium. ætna præcipua montium.

## Copia inopia

Quæ copiam aut inopiam ſignificant, nūc gtõ iunguntur, nunc ablatiuo.

plenus rimarum. diues agris.

refertus pecuniarum. inops conſilij.

eget defēſionis. indiget nūmis.

implentur veteris bacchi.

## Accuſandi

Uerba accuſandi, damnandi, abſoluēdi, monendi, et cōſimilia, habent genitiuum criminis.

accuſauit furti. Damnauit inceſtus.
arguit mendacij. inſimulat auaritiæ.
admonuit errati. traduxit luxuriæ.
abſolutus eſt iniuriarum.

Ablatiuus in quibuſdam receptus eſt.
condemnabo te eodem crimine.
innocentem iudicio capitis arceſſit.
Adeſt etiam interdum præpoſitio.
de hac re me velim admoneas.
Siquidem vbi non eſt proprium nomen criminis, ferme vtimur ablatiuo et præpoſitione de.
homicidij arguis, an ſacrilegij, an potius de vtroque?.

## Uerba æſtimandi

Uerba æſtimandi, gaudent genitiuo.
nihili te facio. huius non facio,
parui ducitur probitas.
maximi penditur nobilitas.
Uſurpatur etiam ablatiuus.
magno vel paruo æſtimat.

Emendi

Uerba emendi, vendendi, et ſimilia, hos admittunt genitiuos, tāti, quanti, pluris, minoris, ſine ſubſtātiuis.

Quanti mercatus es codicem?

pluris emi, q̄ revendam.

Alioqui precium vel in ablatiuo ponitur, vel ſignatur aduerbio.

tanta pecunia non emam voluptatem.

magno venit triticum.

cariſſime venditur vinum.

Eadem eſt ratio et in cæteris verbis.

quanti docet præceptor?

docet centuſſe in menſes ſingulos.

magno cenati ſumus.

Impersonalia

Quædam gtūm habent, cum accuſatiuo.

miſeret, et miſereſcit me tui.

piget te laboris. multos vitæ tædet.

non te pudet vanitatis?

noſtri noſmet pœnitet.

Omittitur quandoq; ~~genitiuus~~. accus.

pertæſum eſt coniugij.

Et pro gtō eſt infinitiuus.

Tædet me vitæ, tædet me viuere.

## Sum, intereſt, refert.

Sum ſignificans poſſeſſionem, aut ad aliquid pertinere, et impersonalia intereſt et refert, iungũtur genitiuis.

Cuius eſt liber? eſt præceptoris.
Parentum eſt educare liberos.
Totius intereſt ciuitatis.
Refert tam populi, q̃ principis.
hoc eſt, vtile eſt populo, et populi ſiue prĩcipis res agitur.

Pro genitiuis ꝓnominum primitiuorum, intereſt et refert capiũt ablatiuos, mea tua ſua noſtra veſtra.
plurimum tua refert.
nihil intereſt mea.

Quibus adduntur et genitiui, vnius, ipſius, ſolius, omnium. et genitiui participiorum, et præterea tanti, quanti, magni, parui.
Tua vnius refert.
mea refert fame laborantis.
magni noſtra intereſt.

Alioqui aduerbijs vtimur, vel neutris, quid, aliquid, nihil, et ſimilibus.
maxime noſtra intereſt. quid tua refert.

Verbum eſt, gaudet ntō neutro.
meum tuum ſuum noſtrum veſtrum.
non tuum eſt iſta ſcrutari.

## Genitiuus loci

Ad quæſtionem vbi, reſpondemus geni-
tiuo nominis proprij, loci minoris.
viuit bracaræ. Natus ē Mediolani.
Et his appellatiuis, humi, domi, militiæ,
belli, togæ.
Jacet humi, non eſt domi
Genitiuo domi addas licet, meæ, tuæ,
ſuæ, noſtre, veſtræ, et alienæ. Aliter o-
pus eſt præpoſitione. eſt in domo paterna,
non autem domi paternæ.
Si nomen ſit plurale, aut tertiæ declina-
tionis, ponetur in ablatiuo.
Mortuus eſt Athenis.
agit Carthagine.
Maiora loca, et appellatiua ponuntur ī ab-
latiuo cum præpoſitione.
vagatur in Jtalia. Ambulat in foro.
Sed ruri vel rure ſine præpoſitione.
Locus minor, eſt ciuitas et pagus.
Locus maior, eſt regio et prouincia,
Appellatiuum ciuitas. Proprium Roma.

Datiuus.

Propriæ datiuo ponuntur ea, quibus aliquid datur, ideoq; quoduis verbum acquiſitiue poſitum, admittit datiuum.
Dedit mihi pecuniam.
huic habeo non tibi.
non omnibus dormio.
Uerum ſpecies quædam ſunt, quæ præcipue poſtulent datiuum.

Commodi et incommodi

Prodeſt omnibus. Nocet nemini.
Commodo. Incõmodo, Opitulor. Faueo.
Subuenio. Patrocinor. et nomina,
Gratum tibi. moleſtum mihi.
Iucundus. Salutaris. Pernicioſus.
Utilis. Idoneus. Aptus.

Imperandi

Præcipio tibi, ne abeas.
Mando, Committo. Edico. Indico.

Nunciandi

Narra nobis iſtam fabulam.
Dico. Scribo, loquor. Expono.

Obſequij

Obedio. Pareo. obſecũdo. moregero.
mos gerendus eſt Thaidi.

### Repugnantiæ

Reſiſtit præceptori.
Refrágor. reclámo. obſtrèpo.

### Compoſita quædam ſequentium præpoſitionum.

### Præ

Meis præluxi maioribus.
præpolleo, præripio, præmíneo.

### Ad

Aduolutus eſt genibus.
admoueo. aſſideo. admolíor.

### Con

Commigrauit huic viciniæ.
Conuiuo. commoríor. colludo.

### Sub.

Subiacet fortunæ.
Subiugo. ſubijcio. ſubſum.

### Ante

Antepono te omnibus.
Anteſto. anteſero.

### In

Immoritur ſtudijs. imminet capiti.
mors impendet omnibus.
Huiuſmodi copioſius alij perſequuntur: tu authores lectita.

### Imperſonalia datiui

Contingit. Accidit. Euenit. Obtigit.
liquet. Vacat. licet. libet.
Expedit. et ſiqua ſunt ſimilia.

### Eſt habendi

Eſt mihi pater, id eſt habeo patrem.
non ſunt mihi nummi.

### Datiuus ad vel in.

Datiuus ponitur pro accuſatiuo et præpoſitione ad vel in.
It clamor cœlo id eſt ad cœlum.
Inferretqȝ deos latio, ad latium.
natus ferendis miſerijs.

### Datiui gemini.

Quandoqȝ duo ſunt datiui, quorum poſterior declaratur per præpoſitionem.
hæc mihi erunt curæ, ſaluti, commodo, honori, dedecori, infamiæ, lucro.
Dedit mihi veſtem pignori.
Id tibi vertitur vitio.
Omittitur ſubinde prior datiuus.
hoc laudi eſt. illud ducitur probro.

### Datiuus pro aduerbio

Tempori, luci, veſperi, aduerbia fiunt.
luci occidit hominem.

## Datiuus paſſiuorum.

Paſſiua caſum habent ablatiuum interuentu præpoſitionis a vel ab.

Sed græcorum imitatione, quandoqꝫ latini capiunt datiuum.

explicatum eſt nobis, id eſt a nobis.

Sic certat illi, pro cum illo. noli pugnare duobus, hoc eſt cum duobus, græcanica ſunt, et rara latinis.

## Datiuus ornatus

Elegantiæ cauſa, præter neceſſitatem adiungitur datiuus.

ſuo ſibi hunc iugulo gladio.

## Genitiui, vel datiui.

Adiectiuis nonnullis vel genitiuus additur, vel datiuus.

Similis patris et patri. Diſſimilis, Affinis, Cognatus, Amicus.

Quanq̄ vbi eſt genitiuus, quædam magis videantur ſubſtantiua.

amicus et cognatus patri, adiectiue.

amicus et affinis patris, ſubſtantiue

## Variantia

Præſtat, præcellit omnibus, et omnes.

Dono tibi munus, et dono te munere.

## Accuſatiuus actiuorum.

Omne verbum actiuum, poſtulat accuſatiuum rei patientis.

amat pecuniam. loquitur mendacium. oſculatur matrem.

Actiuum verbum dicitur, quod actionem ſignificat, ſiue deſinat in o, ſiue in or.

Actiui generis verbum, quod in o deſinit, vt amo, et huiuſmodi.

## Accuſatiui gemini

Verba docendi, rogandi, veſtiendi, duos admittunt accuſatiuos.

docedo te literas. poſce deum veniam. exuit me tunicam.

Poſtulo, flagito, peto abs te hanc rem, ſæpius, q̃ per accuſatiuum.

Exuo, induo. veſtio, calceo, cingo; pro altero accuſatiuo frequenter capiunt ablatiuum.

Exuit ſe chlamyde. accinxit ſe gladio.

Hic poſterior caſus manet in paſſiuis.

docetur literas, accinctus gladio.

Cæterum vbi duo ſunt acci eiuſdem rei, eorum alter fit nominatiuus in paſſiuo.

credo te diuitem. crederis diues.

## Præpoſitiones.

Triginta gaudent accuſatiuo, quindecim ablatiuo. quatuor vtroq; caſu. quas ſcripſimus ſupra pagina octaua.

## Compoſita

Sæpe verbum compoſitum ſeruat caſum præpoſitionis.

adeo patrem.

exeat aula, qui vult eſſe pius.

Repetitur etiam præpoſitio.

accede ad ignem hunc.

## Tempus

Ad interrogatiuum q̃diu, reſpondet temporis accuſatiuus, vel ablatiuus.

totum hic deſedi diem.

Viginti annos natus eſt.

dormiui horas tres, vel horis tribus.

Ad interrogationem quando, reſpondet tantum ablatiuus.

Nocte vigilas, luce dormis.

## Appendix

Surgunt de nocte latrones, et nocte.

Annos ad quinquaginta natus.

Venit tertio Calendas, et ad tertium Calendarum, et tertio Calendarum.

foris. Iungunt a verbis ſignificantibus quiete. foras. a verbis ſignificantibus motum ad locum



## Spacium loci

Tam verbis q̄ adiectiuis additur loci ſpa-
cium, in accuſatiuo vel ablatiuo.
abeſt ab vrbe mille paſſus.
latus digitos tres.
multis hinc diſtat paſſuū millibus.

## Accuſatiuus loci

Ad quæſtionem quo, reſpondemus accō
proprij nominis, loci minoris.
profectus eſt Romā. iuit Athenas.
Si ſint appellatiua, aut locus maior, opus
eſt præpoſitione.
contulit ſe in Italiam.
abijt in forum.
Sed redeo domum, abeo rus, citra præ-
poſitionem, vt in proprijs.

## Accuſatiuus reciprocus.

Cuius verbo iungi poteſt accuſatiuus,
qui idem cum verbo ſignificat.
longum dormiuit ſomnum.
duram viuimus vitam.

## Neutra actiue capta.

Olet vinum. Sapit aduſtionem.
nec vox hominem ſonat, ideſt humanum
ſonum exhibet.

## Impersonalia

Decet, delectat, iuuat, oportet,
Hæc impersonalia ſunt præſente infinitiuo, alioqui personalia.

decet te caſte viuere. et caſta vita.

## Synecdoche

Apud poetas, pars ſub accuſatiuo iungitur adiectiuo vel verbo.

nudus pedem. doleo caput.

fractus membra labore, hoc eſt habens membra fracta labore.

## Infinitiuus.

Vt modi finiti poſtulant ante ſe nominatiuum, ſic infinitiuus accuſatiuum.

Scio adoleſcentem amare, hoc eſt ſcio quod adoleſcens amat.

Declaramus enim huiuſmodi orationes, vertendo accuſatiuum in nominatiuum, infinitiuum in modum finitum. et addimus quod vel vt.

Si duo ſint accuſatiui, is a fronte regitur, qui migrat in nominatiuum: alter qui manet, a tergo verbi actiui.

nolo filium legere poetas, hoc eſt nolo vt filius legat poetas.

Eſſe et ſimilia

Si verbũ poſtulat nominatiuum a tergo, eundem ſeruat infinitiuus.
malim eſſe literatus, ꝗ̃ diues.
vult haberi doctus.
Quod ſi antecedat accuſatiuus, iam etiã ſequetur a tergo.
malim me eſſe literatũ, ꝗ̃ diuitem.
Sic et datiuus ſubdendus eſt, ſi anteceſſerit.
omnibus licet eſſe beatis.
Quandoqꝫ vice accuſatiui, reperitur nominatiuus.
Tutumqꝫ putauit iã bonus eſſe ſocer. Lucanus.
Et accuſatiuus loco datiui.
expedit bonas eſſe vobis. Terentius.

Verba cum infinitiuo.

Infinitiuo gaudent verba, quæ vocant proæretica. volo, opto, cupio, gaudeo, malo, nolo, amo.
Sic ſoleo, cœpi, poſſum, videor, amat laudari. ſtudet metui.
Et quædam etiam adiectiua.
paratus facere. peritus cantare.

## Ablatiuus

Inſtrumentum, cauſa, et modus, notantur ablatiuo.
petijt me gladio. tacet metu, id eſt præ metu, aut propter metum.
Accepit me ſumma humanitate.
Sed modus interdum cum præpoſitione.
tractauit me cum mira comitate.

## Pars et accidens

Pars et accidẽs, ablatiuo caſu, iunguntur tam verbis, q̃ adiectiuis.
ægrotat animo, languidus corpore.
vir inſignis ingenio. valet memoria.
magnus pietate. exiguus religione.

## Ablatiui abſoluti

Ablatiui ponuntur abſolute, qui declarari poſſunt per dum, quãdo, poſtq̃ et huiuſmodi particulas.
Graſſantibus morbis, diteſcunt medici.
abſumpto patrimonio, mendicauit.
me viuo non facies.
Cicerone cõſule. Imperante Auguſto.

## Paſſiua

Paſſiuis additur præpoſitio a vel ab.
mordetur a multis. vapulat ab vxore.

## Exceſſus

Præter ablatiuum comparatiuis debituꝫ, apponitur et alter qui menſurã ſignificat, qua res exceditur.

Multo me ditior eſt.

longior te tribus digitis.

Eundem caſum habent et alia, quæcunq; comparationem ſignificant.

vincit me longo interuallo.

Superat multis partibus.

## Implendi.

Impleo, onero, et his contraria, poſtulant ablatiuum.

Impleuit crumenam argento.

nudatus omnibus ornamentis.

## Ablatiuus loci.

Ad quæſtionem vnde, et qua, reſpõdemus abltõ proprij nominis loci minoris.

Diſcedo Bracara.

facturus iter Conimbrica.

Adde appellatiua, rure et domo.

Alióqui præpoſitione opus eſt, vt in nominibus loci maioris.

E Brabantia migraſſe dolet.

Per Galliam redeundum eſt.

Hactenus de partibus orationis, et ratio-
ne ſyntaxeos ea conſcripſimus, quæ ferme
catholica ſunt. iam quæ præterea reſtāt, car
ptim adnotabimus.

## Pronunciatio.

Syllaba ti ſonat vt ci, ob ſequentem voca-
lem. oratio, diligentia.
Niſi fuerit principium dictionis, tiára.
aut præcedat ſ aut x, quæſtio, mixtio.

## De nomine.

Primitiuum eſt, quod a nullo deducitur,
ſed eſt aliorum origo. mons.
Deriuatiuum, quod a primitiuo deriuatur
montanus a monte.
Poſſeſſiuum eſt adiectiuum factum e ſub-
ſtantiuo. paternus a patre.
Diminutiuum, quod rei diminutionem
ſignificat. opuſculum, paruum opus.
Verbale, qđ fit a verbo, et ferme a ſupino.
victum victor victrix. lectum lectio.
viſum viſus quartæ declinationis.
Patronymica, quæ fiunt a nominibus pa-
trum, auorum, et ſimilium.
Priamides filius aut nepos priami.
Verum hæc poetarum ſunt propria.



nomē loci maioris

Genera cognoſcuntur, partim ex nominis ſignificatione, partim terminatione cuiuſmodi ſupra in declinationibus adnotauimus per hic hæc hoc. Ea nunc in ſummam colligemus, et ſiquid deſideratum ſit, addemus.

Maſculina ſunt nomina

Virorum, Cicero, Virgilius, Terētius.
Deorum. Juppiter, mars, Cupido.
Angelorum. Michael, gabriel.
Ventorum. Boreas. Cæcias. libs.
Fluuiorum. Tybris. Turia.
Officiorum virilium. nauta, conſul.
et quæcunq; in viros tantum quadrant.
pater, frater, gener, ſocer.

Fœminina ſunt nomina

Mulierum. Glycerium. Myſis. Dido.
Dearum. Juno. Venus. Pallas.
Officiorum muliebrium, obſtetrix, nutrix.
et quæcūq; in fœminas tantū quadrant.
ſoror, vxor, ſocrus, nurus.
Arborum. pomus, pyrus. Excipe.
hic oleaſter, rubus. hoc acer, thus.
robur, ſiler, ſuber. et forte plura in quibus ſpectata eſt terminatio.

Præterea fœminina ſunt nomina.
Regionum. ægyptus.
Inſularum, Chios. Samos. Excipe
hic aut hæc Leſbos.
Urbium. Epheſus. Corinthus. Excipe
hoc reate, argos, tybur, hiſpal,
pro quo tamen hiſpalis dicitur.
hoc præneſte.
hic aut hæc abydos. hic aut hoc anxur.
hic ſulmo, ſpectando terminationem.
Variat etiã genus, quod interdum ſpectetur nominis terminatio, interdum aliud nomen alterius generis intelligatur.
hic bubo vt hic ſermo.
hæc bubo, tanꝗ̃ auis.
hæc oſſa vt ſchola. hic oſſa velut mons.
Hæc Albula vt ſchola. hic Albula, quod nomen ſit fluuij.
Quare et nomina fabularum ſunt fœminina. hæc Eunuchus. vnde Terentius.
Tranſtulit in Eunuchum ſuam, cogitando fabulam, non autem terminationem us.
Sic Centaurus fœmininum, quia intelligitur nauis.

## Communia ſunt

Quæ vna terminatione, cõueniunt tam viris, q̃ fœminis.

accòla, aduèna, agricòla, aurìga. alienigèna, conuèna, conuiua. fur. Hæredipèta, homicìda, Idololatra, incòla, indigèna, macèdo, terrigèna.

Excipe hoc mancipium et ſcortum.

Gellius dixit, neq; vino alienigena, ſed patrio vſuros. ſic plinius, vino indigena. Quanq̃ etiam reperitur alienigenus a um, vt caprigenus, terrigenus.

## Duæ terminationes

At quorundam nominum ſignificatio in vtrumq; ſexum cadit, alia tamen eſt terminatio marium, alia fœminarum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Gallus | gallina. | Porcus | porca. |
| Cres | creſſa. | Phœnix | phœniſſa |
| Lacõ | lacæna. | Fidìcẽ | fidicìna. |
| Pſaltes | pſaltria. | Poéta | poetis. |

et alia complura in a vel es, officiorum, gentium, et familiarum nomina. quorum fœmininum in is idos. prophéta vel es prophétis. niniuites niniuitis. iſraelites iſraelitis iſraelitidos.

Communia velut adiectiua.

Vigil, exul, obſes teſtis,
cuſtos, cælebs, cliens, princeps,
index iudex, opifex, vindex,
dux, redux, ſubiuux, et ſimilia
reliquis caſibus a ntō ſingulari, elegan-
ter adduntur neutris.

Vigili ſtudio. præſule ligno.
iudice bello. obſeruabis authores.

Neutra ſunt

Voces quæ non pro rebus capiuntur, ſed
pro ipſis dictionibus. ſupremum vale.
Quis expediuit pſitāco ſuum chære. apud vu
Perſium.
Verba poſita pro nominibus. tuum ſcire,
id eſt tua ſcientia.
Aduerbia, clarū mane, illud cras.
Literarum nomina, magnum o. verum
interdum ſunt fœminina, propterea quod
intelligatur nomen litera.

Epicœnum genus

Epicœnum vocant, cum vno genere, et
terminatione vterqꝫ ſexus notatur.
hic anſer, hæc aquila, tam pro maſculo,
q̄ꝫ pro fœmina.

Omnis generis ſunt
Adiectiua. ſed eorum aut terminationēs tres, aut duæ, aut etiam vna.

Tres terminationes

| | | |
|---|---|---|
| Hic | hæc | hoc |
| Bonus | bona | bonum |
| Niger | Nigra | nigrum |
| Tener | tenera, | tenerum. |
| Satur | ſatura | ſaturum. |
| Campeſter | campeſtris | campeſtre. |

Duæ terminationes.

hic et hæc dulcis, hoc dulce.
hic et hæc dis, hoc dite.
Sic mediocris, mediocre, alacris alacre pro quo et alacer alacris alacre.
hic et hæc doctior, hoc doctius.

Una terminatio.

Hic hæc et hoc par, memor, arpinas: impos, vetus, quadrupes, deſes, inops, intercus, anceps, iners, exors, amans, demens, inſons, audax, ſimplex, felix, atrox, trux.

Quorum omnium pluralia duas habēt terminationes, es communem, et a neutram, pares paria, et cætera.

Adiectiua ſubſtantiue

Adiectiua ſubſtátiue ponuntur ferme neutro genere. triſte lupus ſtabulis, id eſt res triſtis. omnium rerum mors eſt extremū, id eſt res extrema.

Aliquando fœminino. hæc continens, id eſt terra quæ non eſt inſula.

Aliquádo maſculino, hic oriens, occidés. Sic hic molaris, intelligitur enim aut dens aut lapis.

De ſingulis terminationibus.

Maſculina ſunt

O. ónis. el élis. il ìlis. ol ólis. ul ùlis. an ánis. en énis. in ínis, on ónis et ònis et ontis. er èris tertiæ, et er ſecundæ. ir ſecundæ. or óris. as antis. es græcum. es ìtis latinū. os óris. os óis. us ſecundæ et quartæ. ar ácis, ex ìcis.

Excipe us ſecundæ declinationis.

Hæc aluus, atomus, colus, domus, humus, intubus vannus.

Hic [redacted] hæc carbàſus, ficus groſſus, aut lecythus, penus, pharus, ſpecus.

Pampinus maſculinum eſt, Varro tamen eo vtitur genere fœminino.

Plurima etiam græca i os fœminina, quæ latine vertuntur in us.
abyſſus, arctus, balànus, periodus, methodus, exodus, ſynodus, diphthõgus papyrus, amaràcus, nardus, byſſus, antidòtus, et cætera.
hoc pelagus, hic aut hoc vulgus.

Fœmininæ terminationes.

a primæ, io iónis, do dìnis, go gìnis. as átis. as ãdis. es is: es quintæ. is non creſcens. us útis. ix ícis.
Excipe a primæ
hic hadria, cometa, planéta.
hic aut hæc talpa, dama.
hoc paſcha, mammòna, manna.

Neutræ terminationes

um. a ãtis. e is, ac. al ális. en ìnis. ar áris. ur tertiæ. us òris et èris. ut ìtis.
Quæ aliter ſeſe habent, notata ſunt in declinationibus.

Varia terminatio

Quæ varijs terminationibus efferuntur, obſeruentur in authoribus. hic penus, hoc penus penoris, hoc penum peni, hoc penu vt genu. et cætera,

Vnus vna vnum. duo duæ duo. tres tria.
Quatuoꝛ ⁊ quinque ⁊ ſex ⁊ ſeptem ⁊ octo ⁊
nouē ⁊ decē ⁊ vndeci ⁊ duodeci ⁊ tredecim ⁊
Quatuoꝛdecim ⁊ quindeci ⁊ ſedeci ⁊ ſepten-
decim ⁊ octodecim ⁊ nouendecim ⁊ viginti.
Viginti vnus ⁊ viginti duo ⁊ viginti tres ⁊
Viginti quatuoꝛ ⁊ triginta ⁊ quadraginta ⁊
quinquaginta ⁊ ſexaginta ⁊ ſeptuaginta ⁊
Octoginta ⁊ nonaginta ⁊ centum ⁊ ducenti.
trecenti ⁊ quadrigenti ⁊ quingenti ⁊ ſexcenti ⁊
ſeptingenti ⁊ octingenti ⁊ nongenti.
Mille ⁊ bis mille ⁊ ter mille ⁊ aut ſubſtātiue ⁊
Duo millia ⁊ tria millia ⁊ a ſingulari ſubſtā-
tiuo mille.
Pꝛimus ⁊ ſecūdus ⁊ tertius ⁊ quartus ⁊
quintus ⁊ ſextus ⁊ ſeptimus ⁊ octauus ⁊
nonus ⁊ decimus ⁊ vndecimus ⁊ duodeci-
mus ⁊ decimus tertius ⁊ decimus quartus.
et ita in cæteris. vigeſimus ⁊ vigeſimus
pꝛimus ⁊ trigeſimus ⁊ quadrageſimꝰ ⁊ quin-
quageſimus ⁊ ſexageſimus ⁊ ſeptuageſimꝰ ⁊
octogeſimus ⁊ nonageſimus.
Centeſimꝰ ⁊ ducenteſimꝰ ⁊ trecente ⁊ qua-
dringēte ⁊ quingente ⁊ ſexcēte ⁊ ſeptingente ⁊
octingēte ⁊ nongente. Milleſimus.

## Adnotationes in nomina Primæ declinationis.

Græca ſic ſe habent.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| as | æ | æ | an | a | a |
| es | æ | æ | en | e | e |
| e | es | e | en | e | e |

hic æneas. hic anchiſes. hæc ode. e

Adam et Abraham hebraica, gtõ et datiuo habent æ, adæ, abrahæ.

Quanq̃ hæc verius indeclinabilia ſunt, aut latina fiunt, adámus, abrahámus:

Gtõ auláí et pictáí in Virgilio pro aulæ et pictæ.

Pater familias, pro familiæ, grecorum more, qui gtõ habent as, vt maias.

Gtĩs pluralis terrigenum, ꝑ terrigenarũ per ſyncopen

## Secundæ declinationis

Græca in eus ſic declinantur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| eus | eos | ei | ea | eu | eo |

Hic Tydeus, Orpheus, nõia virorum.

Pro us et um Græci habẽt os et on. quorum acceſis on hunc logon, hanc diphthõgon, hoc ſymbolon

Attice genitiuus ĩ o, Androgeos ãdrogeo Apollos apollo. virorum nomina,

Olim vnius vni vno, neuter neutri neutro
et cætera. hinc apud grãmaticos remanſit
vt dicant, generis neutri, pro neutrius.
Accuſatiuo vulgus, virus, pelagus, ſunt
enim nomina neutra. Quanquam etiam dicitur
hic vulgus hunc vulgum.
Pluraliter dei, deis et dij dijs.
Gtũs deum ſyncope pro deorum,
Græcus gtũs on pluraliter in quauis de-
clinatione, georgicon, aſtronomicon.

## Tertiæ declinationis

Græcorum fœmininorum in o, gtũs us.
hæc Dido didus, Clio clius.
Es etis et is. Chremes chremetis vel chre
mis. ſic quædam alia.
Gtũs alituum pro alitũ per epẽtheſin.
Epentheſis eſt adiectio literæ vel ſyllabæ
in medio dictionis. induperator pro impe-
rator. Cõtraria ẽ ſyncope.

## Quartæ declinationis:

Hæc ficus fici, vel ficus ficus, arbor eſt.
Hic ficus fici, fructus vel morbus quidam
Hæc ficus fici, et ficus ficus. fructus.

## Quintæ declinationis

Dij et die, veteris dicebant pro diei.

Quædam nomina mutant vel genus, vel declinationem.

Hic Tartarus ri, hæc Tartara orum.

hic locus iocus, ſibilus, hi loci, ioci, ſibili, et hæc loca, ioca, ſibila,

hæc paſcua æ, hæc paſcua orum.

hoc cælum, raſtrum, frenum, capiſtrum, porrum, hi cæli, raſtri, et cætera.

Hoc epulum li, hæ epulæ arum.

hic euentus, iuſſus, permiſſus, quartæ.

hæc euenta, iuſſa, permiſſa, orum.

Acus, arcus, colus, cornus, laurus, pinus, quercus, ſecunde vel quartæ.

Sũt quæ carent numero plurali.

Nemo, veſper, fides, vulgus.

Sunt quibus deeſt ſingulare.

hi antes, artus, cancelli, liberi pro filijs.

manes, natales, penates, vepres,

hæ ædes pro domo, calendæ, diuitiæ, exequiæ, induciæ, inſidiæ, minæ, nonæ, reliquiæ, ſuppetiæ, tenebre.

hæc arma, cunabula, exta, mœnia. præcordia, ſponſalia.

Et item alia multa quæ ſic vſurpabis, vt in authoribus vſurpantur.

## Indeclinabilia.

Nomina in i, gummi, ſinapi, nauci, nihili. frugi. Numeralia, quatuor, quinque, centū mille. At mille ſubſtantiuum ſingulare, ablatiuū habet milli. plurale millia milliū millibus vt duo millia militum.

Nomina literarum, alpha, vita, gāma.

Cepe, pondo, nequam, fas, nefas. nil, nihil, inſtar, ador, tot, quot, præſto.

Indeclinabilia ſunt et nōia barbara, id eſt, nec latina nec græca. Noe, balaam, bel, heſter, abel, adam, abraham. quæ tamē ſolent terminatione aliqua latina donari, et declinari. adámus, abrahámus, balaámus belus.

Nominatiuo caret ſingulari fœminina precis, vicis, opis,

Ablatiui ſunt, ſpōte, promptu, iuſſu, iniuſſu, permiſſu, obice, impete, aſtu.

Verū quædam iſtorū alios quoqȝ caſus habent, ſpontis, obices.

Sunt quæ alijs certis carent caſibus, ſunt et quæ varijs terminationibus idem ſignificant. quæ omnia rectius percipiuntur legendis authoribus.

Bonus, melior, optimus.
malus, peior, peſſimus.
magnus, maior, maximus.
paruus, minor, minimus

| | | |
|---|---|---|
| Multus, | ſine cōparatiuo, | plurimus. |
| multa, | | plurima. |
| multum, | plus | plurimum. |

Plurale autem plures et plura.
Nequam, nequior, nequiſſimus.
Deſinētia in ficus, dicus, loquus, volus, comparatiuum habent entior, ſuperlatiuum entiſſimus, tanq̄ a finitis in ens, magnificus, maledicus, magniloquus, beneuolus, entior, entiſſimus.
Quādo vocalis eſt ante us vel is, vtimur periphraſi, per magis, et maxime. arduus, magis arduus, maxime arduus.
Tenuis tamen tenuior tenuiſſimus.
Pius, magis pius, piētiſſimus. Nā pijſſimus dānauit Cicero in Antonium, et ſi quidam eum ſuperlatiuum vſurpent.
Ocyor et ocyſſimus, non a poſitiuo latino, ſed græco ocys id eſt velox.
Iuuenis iunior, Senex ſenior. Adoleſcēs adoleſcentior, carent ſuperlatiuo.

Siniſter ſiniſterior ſiniſtimus.

Illĩmus

Superlatiuum facit in illĩmus. Agilis, facilis, gracilis, humilis, ſimilis.

Maturus maturrimus. vetus veterrimus

Dexter dextimus.

Potior potiſſimus a potis.

Deterior deterrimus, a deter inuſitato.

A præpoſitionibus et aduerbijs.

Ante anterior ſine ſuperlatiuo.

Citra citerior citimus.

Extra exterior extimus et extremus.

Intra interior intimus.

Infra inferior infimus

Poſt poſterior poſtremus.

Prope propior proximus.

Supra ſuperior ſupremus.

Vltra vlterior vltimus.

Pridem prior primus.

Penitus penitior penitiſſimus.

Diu diutius diutiſſime.

Sæpe ſæpius ſæpiſſime.

Nuper ſine cõparatiuo, nuperrime.

Plautus ab ipſe ſuperlatiuum fecit ipſiſſimus. vt a patruo patruiſſimus.

Antiqui genitiui erāt mis tis ſis, noſtrū et veſtrum. et capiebantur actiue.

Tres primi exoleuerunt. noſtrum autem et veſtrum tantum capiuntur partitiue. vnuſquiſqꝫ noſtrum, quiuis veſtrum.

Hic ad primam perſonā refertur, iſte ad ſecundam, ille ad tertiam.

Iſte et ille cōponuntur cū hic, ntō accō et abltō. iſtic iſtæc iſtoc et iſtuc iſtunc iſtanc iſtoc iſtac. pluraliter autem iſtæc. Cæteris caret.

Illic illæc illoc, et cætera.

Quidam aſpirant iſthic.

Hiccine, hæccine, hoccine, īterrogatiua ſunt. ſic aduerba huccine, haccine, et ſiccine, id eſt vtrūmne ſic?

Pronomini addſitur adiectiões ſyllabicæ, met, te, ce, pte.

egomet, memet, noſmet, voſmet, ſibimet et inde voſmetipſi, memetipſo, ſemetipſam, nobiſmetipſis. et cætera.

Tute, tutemet.

Huiuſce, haſce, illoſce, iſce pro is.

Meapte, noſtrapte, ſuopte.

Ipſus pro ipſe apud Comicos.

Primæ cõiugationis

Verbalia, vetatio, præſtatio, cubatio, domatio, ſonatio, crepatio, tonatio, contra legem a ſupinis in itum.

Sic fricatio, non frictio. tamen ſectio ſæpius q̃ ſecatio.

Ad eundem modum participia in rus, vetaturus, præſtaturus, domaturus.

At verbalia in us, et participia præteriti temporis per i non a.

crepitus, ſonitus, tonitus, us ui.

vetitus, præſtitus, domitus a um.

Secundæ coniugationis.

Simplicis arceo arcui, ſupinũ foret arcitum, vt oſtẽdit compoſitum exerceo exercui exercitum, ſed non eſt receptum. inde per ſyncopen fit nomen arctus.

Conniueo ab inuſitato niueo nixi nictum vnde nicto as, et nictus us verbale.

Cìtum a cieo ſecundæ. vnde excìto, cõcìto, recìto, i breui.

Citum a cio quartæ, vnde participia accitus, excitus i longo.

Rugeo ruxi ructum iam non eſt in vſu. hinc ructo et eructo as.

## Tertiæ coniugationis.

Verba incio, dio, gio, rio, et tio, quibuſdā locis perdunt vocalem i. fugis, fuge, fugerem, fugere: vbi analogia poſtularet fugiis, fugie, fugierem, fugiere. vt fugiam fugies.

Analogia eſt verborum ſimilium declinatio ſimilis, lego legis legit, arguo arguis arguit. inflectio enim eſt o is it.

Quatio in compoſitis per c ſcribitur. concutio concuſſi, cōcuſſum. ratio tamen exigeret, cōquutio, cōquuſſi, cōquuſſum. ſed mos obtinuit literam c. quod idem quidam imitantur in ſecutus et locutus, pro ſequutus et loquutus.

Abſcondo etiā habuiſſe ſupinū abſconſū arguit verbale abſconſio apud Plinium. vnde et abſconſa in ſacris literis.

A prendo in euangelio Joannis legitur prendidiſtis et prendiderunt.

Surgo ſyncope eſt pro ſurrigo a rego.

Præteritum minxi et ſupinū mictum fit a mingo, vnde mingens in ſacris. ſed pro hoc in vſu eſt meio.

Pepigi quidam faciunt a pago ſine n

A cano Saluſtius cōpoſito vſus ē occanuére per a. Eccleſiaſtici viri præcinerunt, et caniturі dixerunt.
Oblìtus i breui ab oblìnor.
Oblítus i longo ab obliuiſcor.
Accerſo tertiæ, vel accerſio quartæ.

Quartæ coniugationis.

Ambìtus i breui, nomen quartæ.
Ambítus i longo, id eſt circūdatus.
Hauſurus apud Virgilium velut a ſupino hauſum. olim etiam haurii hauritum.

Mutila verba

Auſim auſis auſit auſint. cæteris caret.
Quæſumus a quæſo per u.
Forem fores foret forent, pro eſſem.
Compoſita adfòrem, profòrem.
Faxo faxis faxit faxunt, indicatiuus.
Faxim faxis faxit faximus faxitis faxint. ſubiunctiuus pro faciam.
Cedo e breui, dic vel da. cedite plurale.
Inquā id eſt dico, vel inquio ī quis inquit, inquiunt. inquies inquiet inque inquiens. multis caret.
Infit, id eſt incipit.
Salue ſaluéte ſaluére. ſic aue.

Aio ais ait, aiunt. Aiebam integrum. Aiſti aiſtis: Ai imperatiuus. Aiam aias aiat aiamus aiant, Aiens.

Apàge id eſt amoue. apagète.

Sultis pro ſi vultis Comicum eſt, vt ſis pro ſi vis, cape ſis, caue ſis, vide ſis.

## Verborum formæ.

A ſupinis fiunt verba primæ cōiugationis, quæ vocantur frequentatiua, quod aſſiduitatem vel frequentiam ſignificant. curſo, frequenter curro.

Sed ſupinum primæ coniugationis mutat a in i breue, clamátum clamìto.

A deponentibus fiunt deponentia.

Tueor tutum, tutor tutaris.
minor minatum minìtor aris.

Quædam legem non ſeruant.

Do dato. no nàto a breui. quæro quærìto. Fundo fundito. Scio ſcitor. Sciſco ſciſcitor Ago agito. Cogo cogito. Sequor ſector. Paueo pauito a ſupino inuſitato pauitū. Paſco paſcito Noſco noſcito.

Frequentatiua ſecunda ſunt. lectito, agito, factito, luſito, curſito, ſcriptito, viſito, dictito, eſito, defenſito.

Inchoatiua ſupra ſcripta ſunt.
Deducũtur autem interdum ab obſoletis.
igneſco, ſaneſco, herbeſco, liqueſco
iuueneſco, ſeneſco, forteſco, macreſco.,
Nec a ſecunda ſolum fiunt coniugatione.
præſentiſco, concupiſco, edormiſco,
præſciſco, repueraſco, veteraſco,
vetuſteſco, inueteraſco, viuiſco.
labaſco, integraſco, quæ partim e nominibus facta ſunt.
Hiſco ab hio hias, pro hiaſco.

Meditatiua fiunt a ſupino, addito rio.
partu paturio, id eſt cupio parere.
Sic eſurio, dicturio, nupturio, micturio,
cœnaturio et ſimilia, u breui.
Huiuſmodi verba quidam vocant deſideratiua, quod notent deſiderium.

Sunt et aliæ verborum deductiones.
Diminutiua, ſorbillo, parum ſorbeo.
Imitatiua, patriſſo, patrem imitor. quæ apud Græcos in zo deſinunt.
Jam illa, lignor, pabulor, aquor, frumentor, a nominibus ve.iunt.
Sic bacchor, vulpinor, cornicor.
Verum hæc te docebit vſus.

Adiectiuum

Terentius. Neſcio quid profecto abſente nobis, turbatum eſt domi. pro abſentibus nobis. Olim enim abſente et præſente vtriq; ſeruiebant numero. vt præſente legatis, pro præſentibus legatis. id nunc obſoletum eſt.

Relatiuum

Relatiuum et antecedens, non oportet concordare caſu, quia non pendent ab eodem verbo. accepi literas, quæ mihi fuerunt gratiſſimæ. antecedens literas pēdet a verbo actiuo accepi. relatiuum quæ a verbo fuerunt.

Poſt pronomina poſſeſſiua poſitum relatiuum, concordare poteſt cum primitiuo, quod tāq; antecedens intelligitur. nec minas tuas timeo, qui nihil habeas virium, qui reſpicit tu.

Interdum poſt antecedens ſubditur alterum nomen eiuſdem rei cum antecedente, numero tamen aut genere diſſidēs. cum quo concordat relatiuum. celereſq; ſagittas corripuit, fidus quæ tela gerebat achates. Virgilius.

Nomina infinita, ullus, quis, quiſquã, et conſimilia, q̃uis antecedant numero ſingulari, admittere tamen poſſunt relatiuum plurale.

Si tempus eſt vllum iure hominis necãdi, quæ multa ſunt. Cicero.

Quoties relatiuum priore loco ponitur, et antecedens ſubditur, tum velut adiectiuum et ſubſtantiuum eodem caſu pendẽt ab eodem verbo.

quem emiſti codicẽ, plenus eſt mendis.

Tamen Virgilius, vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. pro vrbs. Et Terentius Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit? pro Eunuchus.

Relatiuum collocatum inter diuerſa genera, nũc prius reſpicit, nũc poſterius.

Unus erat toto naturæ vultus in orbe, quem dixere chaos. Ouidius.

animal plenum rationis et conſilij, quem vocamus hominem. Cicero.

Ubi vero poſterius fuerit nomen propriũ, cum eo conſentiet relatiuum.

Eſt locus i carcere, quod Tullianum appellatur. Saluſtius.

Interrogatiuum.

Reſponſio diſſētit ab iterrogatione, prop/ter variam verbi ſyntaxin.

Cuius eſt liber? eſt meus.
cuius intereſt? noſtra.
quanti emiſti? paruo, care.

Coniunctio

Sic et cōiunctio diſſimiles ſortitur caſus, quod verbum i ſyntaxi variet.
noſtra non refert, ſed præceptoris.

Cicero ſubiunctiuum cōiunxit idicatiuo, in oratione pro Quintio.
poſtulóne a prætore, vt eius bona mihi poſſidere liceat? an cum Romæ domus eius, vxor, liberi ſint, domum potius de/nunciem?

Caſus thematis

Verbalia in io apud veteres, caſum ad/mittebant verbi. quid me vobis tactio eſt? apud Plautum.

Atſis a fronte

Pria et ſecunda perſona vix explicantur. niſi diſcretionis aut emphaſis cauſa.
Diſcretio. Tu negas, ego affirmo.
Emphaſis. Tu fures accuſas?

Emphaſis eſt, cũ latens aliquid e dictis eruitur, et plus ſignificatur q̃ dicitur. tu fures accuſas? tu inquam, qui ipſe es furaciſſimus.

## Vocatiuus

Vocatiuus peculiariter poſtulat imperatiuum ſecundæ perſonæ.

Tityre coge pecus.

Sæpe etiam ſine iperatiuo ponitur. et vbiq; cõuenit, vbi attentionem poſcimus, et quempiam alloquimur, aut vocamus. nam inde nomen habet.

## Pluit et ſimilia

Ut impersonalia ante ſe caſum non habẽt, ſic nec pluit, ningit, grandinat, luceſcit, dieſcit, nocteſcit, veſperaſcit.

Sic. Fieri poteſt vt fallar. fieri ſolet. Fere fit. male ſit inuidis, bene ſit tibi, tãtq̃ impersonalia ſunt.

In bene habet, ſubauditur res.

## Aduerbium pro ntõ

Partim virorum ſunt occiſi, id ẽ aliqui.

Satis eſt nobis nummorum.

Dic mihi cras iſtud Poſthume quando venit. Martialis. id eſt craſtinus dies.

### Infinitiuus pro ĩperfectō.

Nos pauidi trepidare metu. Virgilius: id eſt trepidabamus.

Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non flocci pendere. Terentius, Sic ſæpe apud Hiſtoriographos.

### Actiūs a tergo

Audies hæreticus, id eſt diceris.
Cupit audire diues, id eſt dici.
Hæc a Græcis accepimus.

Verbum ſubſtantiuum poſt ntōs duos numero diſpares, cōcordat cū poſteriore.
Veſtes quas geritis, ſordida lana fuit.
Omnia pontus erat. Ouidius.
Sin verbum ponatur in medio, reſpicit ntūm priorem. veſtes fuerūt lana.
Niſi forte poſterior regatur a fronte.
Sanguis erant lachrymæ. Lucanus.

### Appoſitio

Subſtantiuum ſubſtantiuo apponitur etiā diſpari numero.
ardebat Alexim delitias domini.
Et minus cōe pōt eſſe gtūs.
Nomen Cato, et nomen Catonis.
In vrbe Roma, et vrbe Romæ.

Genera diuerſa

Conceptio iplicita a Grāmaticis dicitur, quando adiectiuo maſculino intelligitur vterq; ſexus.

Uterq; eſt formoſus. de viro et vxore.

Biſq; die numerant ambo pecus, alter et hœdos. ambo, id eſt pater et nouerca.

Cum

Ut coniunctio copulatiua vult plurale, ſic interdum præpoſitio cum.

Ilia cū Lauſo de Numitore ſati. Ouid.

Prolepſis

Ubi verbū aut adiectiuū cum toto conuenerit, commode in partibus intelligitur quod quadrat.

omnes te diligunt, hic propter literas, ille ob vitæ probitatem.

Totum eſt omnes. partes hic, ille.

Exercitus hoſtium duo, vnus ab vrbe, alter a Gallia obſtabant. Saluſtius.

Implicitam vocant prolepſim, cum aut totum, aut partes intelliguntur.

Damus operam, tu literis, ego rei.

Coniuges certant, vterq; de imperio.

Curemus æquā vterq; partem.

## Oratio cōgrua ſēſu

Saluſtius. Magna pars vulnerati, aut occiſi ſunt. id eſt multi ſūt vulnerati.
Ubi eſt illic ſcelus, qui me hodie perdidit? id eſt ille ſceleſtus. Terentius.
Pars in fruſta ſecant, id eſt aliqui.
Aperite aliquis oſtium. Uim pluralem inquit Donatus, habet aliquis, q̄uis ſingulariter dicatur. non enim eſt aliquis niſi de multis.

## Antiptoſis

Eleganter ī quibuſdam receptus eſt caſus pro caſu, id eſt antiptoſis.
id genus libri, pro eius generis.
Idne eſtis authores mihi? pro eius rei.

## De genitiuo

Eidem nōī duo quoq; genitiui addūtur.
meq; nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis meæ, conſilio et facto ſuo liberauit. Cicero.
alter genitiuus actiue, alter paſſiue capitur. imperiti vituperant, timiditas vituperatur.
Iamne ſentis belua, quæ ſit hominum querela frontis tuæ? Cicero.

## De nomine

Comparatiuus et vter de duobus, ſuperlatiuus et quis de pluribus.
vter doctior? quis doctiſſimus?
Uterqꝫ autem gradus etiam ſeruat caſū poſitiui.
omnium regi gratiſſimus.
nemo te charior præceptori.

Poſitiuo iūgūtur, valde, ꝑ, per ꝗ̄, ſane, inprimis, cūprimis, apprime, admodum, et quæ ſunt eiuſdem generis.
vir ī primis doctus. apprime diues.

Comparatiuo autem gaudent, tanto quanto, quo, eo, hoc, multo, longe.
quo ditior, eo ſuperbior.

Superlatiuo, multo, longe, et ꝗ̄ pro valde, nā pro ꝗ̄tū additur poſitiuo. nō ſuꝑla tiuo, niſi cū verbis poſſum, volo, queo.
epiſtola ꝗ̄ elegātiſſima, longe doctiſſima, multo copioſiſſima.
ꝗ̄ eſt arrogans? id eſt ꝗ̄tum?
ſcribas ꝗ̄ potes optime.

Quiſqꝫ ſuperlatiuo, omnis et cunctus iunguntur poſitiuo.
omnes docti. doctiſſimus quiſqꝫ.

Opus indeclinabile ſit ponitur.
opus eſt mihi nummis.
credo tibi nummis opus eſſe ad hāc rem.
dux nobis opus eſt.

Inſtar montis equum diuina Palladis arte ædificant. Virgilius. id eſt ad magnitudinem montis.
Fretus daui conſilio. id eſt confiſus.
Nulli veterum virtute ſecundus.
Dignus et indignus honore.
dignus vt honoretur.
dignus quem omnes honorent.
dignus honorari ab omnibus.
Ergo. illius ergo venimus. Virgilius. id eſt cauſa et gratia. quidam nomen, quidam cenſent eſſe aduerbium.

## De pronomine

Poſſeſſiua meus tuus ſuus noſter et veſter, gtōs admittunt, vnius, ſolius, ipſius, et numerales, duorum, trium, item paucorum, multorum, omnium, cuiuſqz.
Tua ſolius opera liberatus ſum.
noſter duorum euentus.
volūtati veſtræ omnium parui.
veſtris paucorum laudibus.

Gtũs autẽ participiorum, tam poſſeſſiuis additur, quam genitiuis primitiuis.
Ut mea defunctæ molliter oſſa cubent.
Copia placandæ ſit modo parua tui.
Uenit ad me purgandi ſui cauſa.

Reciproca

Sui ſibi ſe, et ſuus, reciproca ſunt, hoc eſt, ad id reflectuntur, quod in eadem orationis parte præceſſit.
quiſq; ſe diligit maxime.
nemo ſua ſorte contentus eſt.

Idem huic, et idem cum hoc.

Pronominibus hoc, illud, id, et nominib9 quod vel quid, aliquid, nihil, nil, multo liberius vtimur, quam nominibus cæteris.
non ſum id neſcius.
id mihi anus indicium fecit.
ſi quid bene de te merui.
nihil mihi nocuiſti, id eſt in nullo.
quod te per amicitiam noſtram oro.
Idne eſtis authores mihi.
Gellius. Filium mihi genitum ſcito. quod quidem dijs gratias habeo. quod id eſt propter quod. ſic cætera intellecta præpoſitione declarari ſolent.

## De verbo

Eſt mihi nomen Nicolaus, Nicolai, et elegantiſſime Nicolao.

Poſtulatus eſt repetundarum, et de repetundis.

Expoſtulauit mecum de ſilentio.

Miſreor tui et tibi.

Miſeror rempublicam, cum accõ,

Meminit tui vel de te, id eſt fecit tui mentionem.

Meminit tui vel te, id eſt recordatus eſt, et memor eſt.

Venit mihi in mentem illius diei, id eſt recordor.

Venit mihi in mentem ille dies pro eodẽ

Obliuiſcor, recordor, reminiſcor, cum genitiuo vel accuſatiuo.

Potitus eſt rerum, id eſt vicit.

Potitus eſt imperio, id eſt aſſecutus eſt.

Egeo et indigeo auxilij vel auxilio.

Impertiam tibi fortunas meas. et impertiam te fortunis meis.

Aſperſit mihi labem, et me labe.

Inſtrauit equo penulam. et

Inſtrauit equum penula,

Medeor tuo dolori.
Medicor tibi et te,
Conſulo tibi, do conſilium, et proſpicio.
Conſulo te, peto a te conſilium.
At æqui boniq; conſulo, id eſt accipio in partem meliorem.
Timeo, metuo, formido tibi, vt amico.
Timeo te, vt inimicum, ne noceas.
Metui a Chryſide apud Terentium.
Refero tibi, hoc eſt narro.
Refero ad ſenatum, in ſenatu propono.
Conſentio tibi, et tecum.
Aſſentio ſiue aſſentior tibi.
Diſſentio tibi, et abs te.
Accedo tuæ ſententiæ, id eſt approbo.
Acceſſit hoc meis miſerijs, id eſt ad meas miſerias additum eſt.
Accedit huc, his, et ad hæc.
Conuenit mihi tecum.
Conſtat hoc nobis, et inter nos.
Contendo tibi et tecum. Contendo hoc abs te, id eſt vehementer peto.
Platoni diſcere eſt reminiſci. hoc eſt iuxta platonis ſententiam.
Antecellit omnibus et omnes.

Colludo et commorior tibi vel tecum.
Inceſſit mihi cupiditas.
Ineſt illi rei, et in illa re.
Intercedit mihi cum illo amicitia.
Vacat philoſophiæ, dat operam.
Vacat culpa, id eſt caret.
Interdico tibi domo mea.
Interdictum eſt illis Italia.

Cum eſſem in Mediolano, addita præpoſitione rarum, pro eſſem Mediolani.
Contra Virgilius præpoſitionem omiſit. Lauináq; venit littora, vt Homerus,
ἀχαιΐδα γᾶιαν ἱκάνει
id eſt achaicam terram venit.

Pluit lapidibus, et lapides.
Mereor de te bene, vel male.
Abhorret a literis
Veſcor carnibus. Victitat lacte.
Vtor homine familiariter.
Abutitur patientia noſtra.
Fruor tuo conſpectu.
Fungor magiſtratu.
Defunctus eſt vita.
Proſequor te odio, amore,
Afficio te honore, damno, iniuria.

Cæterum tam verba, q̄ adiectiua, quibus iungitur ablatiuus, plurima ſunt. nec præcepto vno contineri poſſunt.
Generale eſt, ablatiuo illud efferri, circa quod verbum aut adiectiuum verſatur.
Præditus ingenio, malitia, ſcelere.
Promptior lingua, q̄ manu.
Eruditur literis græcis et latinis.
Quãq̄ ablatiuo inſtrumẽti, modi, cauſæ, partis et accidentis, ferme comprehenſa ſunt omnia.

Infinitiuus

Quæcũq; ponuntur loco nti, ante modũ finitum, ea et pro accuſatiuo veniunt ante infinitiuum:
Ludere eſt gratum pueris.
Uideo ludere gratum eſſe pueris.
Te vino vti periculoſum eſt.
Scio periculoſum eſſe te vti vino.

Infinitiuus figurate

Oratio, quæ conſtat infinitiuo, interdum ſola ponitur, vt a nullo pẽdeat.
Adeon hominem eſſe inuenuſtum, aut infelicem quẽquã, vt ego ſum?
intelligunt eſt ne verum, aut ſimule.

## Gerundia

Gerundia poſt ſe ferme caſus habent ſuorum verborum.

cauſa ſalutandi amicos.
ad ſcribendum epiſtolam.
græcis vtendum eſt vocabulis.

Gerundia in di, etiam adhærent nominibus adiectiuis.

cupidus redeundi in patriam.
certus eundi. peritus nauigandi.

Gerũdia in dum, ſine præpoſitione ponuntur, vbi notatur neceſſitas.

Viuendum eſt recte.
abeundum eſt q̄ primum.

Gerundia quoq; in do, interdum ponuntur citra præpoſitionem.

Frigidus in pratis cãtãdo rũpitur anguis. Virgilius.

Significant gerundia ferme actiue aut neutraliter verborum more.

Raro paſſiue.

Athenas erudiendi gratia miſſus, id eſt vt erudiretur.
Memoria excolẽdo augetur, hoc eſt dum excolitur

Eleganter gerũdijs vtimur velut adiecti-
uis, vt cum ſubſtantiuo conueniant.
Cauſa viſendi patrem.
cauſa viſendi patris.
Ad ſcribendum literas.
ad ſcribendas literas.
Hoc poſterius ſolent Grammatici vocare
nomen gerundiuum.

Pro accuſatiuo gerundij in di, reperies
additum genitiuum pluralem.
Veſtri adhortandi cauſa. Liuius. pro vos.
Cum illorum viſendi gratia me in forum
contuliſſem. Plinius.
Gerundium in dum, vbi neceſſitatem ſig-
nificat, nõ admittit accũm.
Legendus eſt Cicero, non autem legen-
dum eſt Ciceronem. Græcis vero ſic loqui
licet. γραπτέον μοι γράμματα τά.
hoc eſt, ſcribendum eſt mihi literas. pro
ſcribendæ mihi ſunt literæ.

Soluendo peculiarem vſum habet.
non ſum ſoluendo. et addito nomine
Pauperi ſoluẽdo nõ ſumus. Quĩtilianus.
Nec tamen ſoluẽdo æri alieno res publica
eſſet. Liuius.

## Supina

Supina in um, et caſum habent verbi, et etiam ſignificationem.
abijt emptum piſces, vt emat.
Vado cubitum, vt cubem.
Cum eſt, abſolute ponuntur.
actum eſt. pugnatum eſt.
quæ tamen videri poſſint præterita perfecta verborum impersonalium.
Supina in u, nec caſu gaudent, nec verbis, ſed adiectiuis abſolute.
Difficile creditu, vt credatur.
Nam in redijt venatu, ſurgit cubitu, noīa ſunt verbalia, non ſupina.

## Impersonalia

Impersonalibus vocis paſſiuæ, præter caſum verbi. additur ablťuš paſſiuorum.
Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt. Cicero.
Non bene, crede mihi, ſeruo ſeruitur amanti? Martialis.
At quæ ab actiuis fiūt, non patiſitur accuſatiuum. nec enim recte dices, legitur Virgilium. canitur pſalmos. ſed perſonaliter, Virgilius legitur. canū tur pſalmi.

Participia

Ponuntur participia præteriti temporis pro infinitiuis.

Priusq̃ incipias, conſulto, et vbi cõſulueris, mature facto opus eſt. Saluſtius. pro conſulere, et facere.

Sic cum oportuit.

Ita factum non oportuit. Cicero.

Sublimem raptum oportuit. Plautus.

Non oportuit relictas. Terentius.

In quibus tamen infinitiuus eſſe commode intelligetur. qualis explicatur in illo Ciceronis

Hac lege accuſatum fuiſſe oportuit.

Futura in dus, datiuis gaudent.

colendus omnibus.

Sic verbalia in bilis capta paſſiue.

Flebilis toti populo.

Participia factus, creditus, et talium verborũ, que duos habẽt accõs, ſi ponãtur inter diuerſa genera, cõſentient cũ priore, ſi ſequantur, cum vtrouis.

Puer creditus eſt fœmina.

Ludos megaleſia appellatos. Liuius.

Gens vniuerſa Veneti appellati.

Participia quædam preteriti temporis, ſignificationem habent actiuam, aut neutram.
argutus, cautus, diſertus, fluxus, oſus, profuſus, ſcitus, et ſimilia.

Quædam et actiuam et paſſiuam.
tacitus, tutus, falſus.

Sunt quæ formam tenent participiorum, cum verbo careant.
tunicatus, perſonatus, loricatus.
Ab imperſonali pœnitet fit pœnitendus: pro cõtemnendus, cuius nos pœnitet.

## De aduerbio

En et ecce iungũtur nominatiuo vel accõ.
en Priamus. en quatuor aras.
Ecce autem alter neſcio quid de amore loquitur. Terentius.
Ecce me, qui id faciam vobis, apud eundem in Adelphis.

Minime gentiũ, feſtiuitatis gratia genitiuum recipit.

## Pridie poſtridie

Pridie calendarum et calendas.
Pridie illius diei.
Poſtridie q̃ veniſſem Bracaram.

## Caſus aduerbiorum

Aduerbia caſum eius admittunt, vnde deductionem habent.
venit obuiam mihi, vt obuius mihi.
propius vrbem, vt prope vrbem.
Doctius te ſcribit, vt doctior te.

Plus millies audiui. et plus quīgētos colaphos. id eſt plus q̄.

Procul dubio. Procul ab vrbe.
Peregre venit, abijt, redijt. ſeruit quieti, motui ad locum, et e loco.

Ne prohibentis iungitur imperatiuo vel ſubiunctiuo.
Ne nega. Ne feceris.
Ne, an, num, ſumpta interrogatiue gaudent indicatiuo. dubitatiue autem ſiue infinite, ſubiunctiuo.
Obijt ne pater? eſt ne mortuus?
viſe num cœna ſit parata.
nihil intereſt, feceris ne ipſe, an conſilium dederis.

## Quaſi

Quaſi, ceu, tāq̄, perinde, acſi, proprio verbo iuncta, petunt ſubiunctiuum.
quaſi non ipſe fueris in cauſa.

## Coniunctio

Quanq̄, etſi, ferme indicatiuis gaudet, q̄uis et licet, ſubiunctiuis.

Ut cauſale tribuitur ſubiunctiuo. oro vt venias. iuſſi vt faceres.

Eundem habet modum, vt pro q̄uis. vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

Quod vtriq; modo iungitur, quod bene vales, gaudeo. quod habeas male, doleo.

Uerum hiſce de rebus congerere præcepta parū conducit, niſi in authoribus ſedulo verſeris. quorum aſſidua lectio vſum omnium docebit, ſi modo id vnum longe facillimum e Grammaticis perceperis, et ſemper ob oculos propoſueris, nec quoduis verbum cum quouis iungi caſu, nec eundē modum ſemper quadrare i particulas quaſuis.

Nemo vnq̄ recte linguam didicit, qui nimium tribuit præceptis grammaticis.

Ex authoribus diſcēda eſt, et eorum familiari conſuetudine, qui pure ac terſe loquuntur.

## Præpoſitio

Præpoſitio deſtituta caſu, aduerbiaſcit.
Supra ſcripſimus. Poſt explicabimus.

Contra, procul aduerbium, addito caſu fit propoſitio. procul vrbe.
Sic clam, coram, palam. quæ ideo inter propoſitiones recenſuimus.

## In

In pro erga, contra, ad, aut iuncta verbo motus ad locū, petit accuſatiuum.
optimo in te eſt animo.
in omnes maledicus eſt.
in hoc incumbite.
abijt in patriam.

Quando vero aut quies, aut actus in loco ſignificatur, exigit ablatiuum.
iacet in lecto. orat in templo.
deambulat in foro.

## Sub

Eodē pacto ſub accūm habet, cū ē motus ad locum. abltūm cum verbo quietis.
properemus ſub vmbram.
ſedet ſub vmbra.
Sub nocte, id eſt, in nocte.
Sub noctem, id eſt, inſtante nocte.

## Super

Super accuſatiui, eſt contrarium ſubter, aut ſignificat vltra, præter, poſt.
fama ſuper æthera notus.
ſuper Indos proferet imperium.
ſuper hæc omnia, id eſt præter.
Gratias alijs ſuper alias epiſtolis agit. Plinius iunior.
Super cœnam, id eſt cœnæ tempore.

Super ablatiui, id eſt, de, et in.
rogauit me ſuper valetudine tua. de.
ſuper arbore ſidunt. in.

## Subter

Subter opponitur ſuper, et ferme habet accuſim, etiam citra motum.
ſubter radices. ſubter mœnia.
Virgilius, ſubter denſa teſtudine.

## Tenus et verſus

Tenus et verſus, caſui poſtponuntur.
titulo tenus, capulo tenus.
Romam verſus.

Genitiuum tenus exigit pluralem, ſi res ſignificantur geminæ.
Et crurum tenus a mento palearia pendent. Virgilius,

## Vſqz

Vſqz gaudet altera quoqz præpoſitione, et ſignificat magnitudinem.
ad multam vſqz noctem ſtudet.
venit ab extrema vſqz India.

## Præpoſitio intellecta.

Eſt mihi loco aut vice patris. in loco.

## A ſecretis et ſimilia

Præpoſitio a vel ab, eleganter in quibuſdam functionem habet muneris.
a ſecretis, id eſt ſecretarius.
a ſtudijs, pro eo, cuius opera in literarum ſtudijs vtimur.

## Interiectiones.

O exclamantis, pro, heu, hei, væ, quem petant caſum, docent ſequentia.
O feſtus dies hominis.
O fortunatos agricolas.
O perfide hoſpes.
Etiam omittitur: hominem perditum.
Pro dolor.
Pro deum atqz hominum fidem.
Pro ſupreme Iupiter,
Heu pietas. heu ſtirpem inuiſam,
Hei mihi. Væ tibi cauſidice.

Propoſita oratione, ſi compareat verbum perſonale finiti modi, quæretur nominatiuus. ſi infiniti, accuſatiuus.

Ntūs aut regitur a fronte verbi finiti, aut a tergo verbi ſubſtantiui.

Accūs aut a fronte infinitiui, aut a tergo verbi actiui, aut a præpoſitione.

Adiectiuum habet ſuum ſubſtantiuum, aut regitur a tergo verbi ſubſtantiui.

Gtūs pendet a nomine ſubſtantiuo, aut ab adiectiuo, aut verbo.

Dtūs et abltūs, a verbo, adiectiuo, aut a præpoſitione.

Ubi comparet relatiuum, expendatur id orationis mēbrum ſeparatim.

Infinitiuus aut habet ante ſe accūm, aut pendet a verbo proæretico.

## Orationis reſolutio.

Orationem declarādi gratia ſic diſſoluunt Primo capitur excitādi particula. Secūdo vtūs. Tertio ntūs a fronte verbi. Quarto verbum. Quinto caſus a tergo verbi. Sexto aduerbiū, aut præpoſitio cum caſu, aut adiectiuum quod caſum declaret.

Relatiuū præit, et ſi a tergo regatur.

Periodus ē, vbi abſoluitur ſententia.
Colon ſiue membrū pars ē periodi, vbi ob verborum ſenſus aliquis conficitur.
Comma ſiue inciſum pars eſt membri.
Quanto amore et ſtudio contenderim, vt pariter in eremo moraremur, conſcium mutuæ charitatis pectus agnoſcit.
Periodus trium membrorum.
Verū tu quaſi paruulus delicatus, contēptum rogātis per blandimenta fouiſti: et ego incautus, quid tū agerem, neſciebam.
Periodus e membris ij, inciſis iiij.

Accentus.

Diſſyllaba accinitur ſyllaba priore.
magnus, domus.
Polyſyllaba, penultima ſyllaba, ſi longa fuerit: alioqui antepenultima.
ridere, edormire, dominū, inficerent.
His præceptis metire tā Græca quam hebræa, niſi Græce agas, aut hebraice.

Enclitica.

Que, ve, ne, antecedentem eleuāt ſyllabam, ob id dictæ encliticæ.
Seruus dominuſq;. egóne facerem?
bonus malús ve.

Diphthongus et poſitio ſunt longæ.
ætas cælum aura eurus, péndens pár.
Poſitio eſt vocalis poſita ante duas cõſonantes, vincens. aut vnam duplicem, pár, gáza, áio.
Duplex conſonans eſt, x, z, et i conſonãs inter duas vocales. áio, báiulo.
Excipe compoſita, bíiugus, tríiugus.
Mutæ ſunt nouẽ, b c d f g k p q t.
Liquidæ quattuor, l m n r.
Syllabæ quædam vocalem habent ante mutam cum liquida, ſuapte natura breuẽ. quæ tamen in carmine ratione poſitionis producitur. vt tenèbræ in proſa, at in verſu tenèbræ vel tenébræ.
Proſa eſt oratio non metrica.
Vocalis ãte vocalẽ ẽ breuis. deus, dei
Excipe e inter duo i quitæ declinationis ſpeciéi. Excipe etiam áer.
Fio producit i. fiebam, fiam. niſi ſequatur r, fierem, fieri.
Horum in ius producitur i ĩ proſa. ſed in carmine anceps eſt. vnius et vnius.
præter alterius ſemper breue, et alius ſẽper longum.

Micháel, rapháel, iſráel, a producunt.

Deriuata ſeruant quantitatem thematis, vnde veniunt. legebam, legam, lege, legito, legerem. legere, legendi, do, dum, legens, corripiunt ſyllabam le, quia ſic eſt in præſenti lego. Contra legeram, legiſſem, legerim, legero, legiſſe, eandē producũt, quia ſic ſe habet in præterito perfecto diſſyllabo, légi.

Arátrum igitur, lauácrum, inuolúcrum, ſimulácrum, ambulácrum producũt penultimã, quod fiant a ſupinis productis, arátum, lauátum, et cæteris.

Compoſita quantitatē retinent ſimplicium, etiam diphthõgo aut vocali mutata, ſi modo eadem duret conſonans.

cædo concído. cădo concìdo.

Excipiuntur multa deriuata, et quædam etiam compoſita, quæ legendis poetis diligenter ſunt obſeruanda.

I et o priores partes cõpoſitionis corripiuntur. ſacrìfico, zelòtypus.

Græcis conuenit o, latinis i, et quibuſdã etiam græcis. cæterum horum quantitas, ſemper petatur a Græcis.

Præpoſitio a, e, de, ſe, di, pro, longa eſt.
ámẽs, éligo, déligo, ſéligo, díligo, prédo.
Excipe dirimo, diſertus, procella,
profanus, profeſſus, proficiſcor,
profiteor, profor, profugio,
profūdus, pronepos, proneptis.
Sed procurro et profundo variant.
Præpoſitio ab, ad, in, ob, per, ſub, breuis ē.
àbeo, àdeo, ìneo, òbeo, pèreo, ſùbeo.

Re corripitur. rèficio, rèfero. ſed réfert
pro vtile eſt, producit re.

Præterita diſſyllaba priorem producunt.
legi, vidi, et ſimilia. Excipe.
bìbi, fìdi, ſcìdi, tùli, dèdi, ſtèti.
Præterita geminantia principium, duas
priores corripiũt.
cècìdi, tetìgi, pèpùli, tùtùdi.
Excipe pepédi. et cécídi a verbo cædo.

Supina diſſyllaba priorem producunt.
víſum, lúſum, et ſimilia. Excipe,
dàtum, ſtàtum, ràtum, rùtum, lìtum,
ſàtum, ſìtum, ìtum, quìtum, cìtum a cieo.
Tamen ſtatúrus a ſtàtum, a producit.
Supina in tum e præterito vi, ſunt longa.
petiui petitum.

Caſuū, et perſonarum quātitas, ſuis notis ſupra oſtenſa eſt.

Do cum cōpoſitis primæ cōiugationis corripit ăbam, ăbo, ăto, ărem, ăre, ăr:, ătus.

Velimus, velitis. ſimus, ſitis, producūt i:

Rimus et ritis i ſubiūctiuo, cū breuia ſint, i verſu quādoq; pducūtur. fecerim⁹, öderitis.

Primæ ac mediæ dictionum ſyllabæ, potius e poetis diſcendæ ſunt, ꝙ̄ e grāmaticorum canonibus.

Ultimæ ſyllabæ ſic ſe habent.

A

Caſus in a corripiuntur.

ſchola, ſcamna, dogma, dogmata.

Excipe ablatiuos, vt ſchola.

Et numeralia in ginta. triginta, quadraginta. quæ tamen iudicio quorundam, habent quantitatem ancipitem.

Reliquæ partes orationis producuntur. ama, fruſtra, præterea, ſupra.

Excipe ita, quia, puta aduerbium.

Poſtea crebro reperitur breue. ſed volunt eſſe duas dictiones, poſt ea.

Ah et vah producuntur.

Eia Valerius Flaccus corripit.

E

E corripitur.
domine, mare, homine, hercule,
ſcribe, ſcribere. que, ve, ne, enclitica.
ſæpe, pœne, here pro heri.
adiectiones ſyllabicæ, tuapte. ſuapte.
Producũtur caſus in e primæ et quintæ, declinationis. penelope, die. ſic hodie, quotidie, pridie, poſtridie, quare.
Imperatiui ſecundæ coniugationis ſingulares doce. At caue, vide, vale, ſi breuia ſunt, veniunt ab antiquis verbis cauo, vido, valo. Unde et valedico habet e anceps.
Producuntur etiam tria pronomina, me, te, ſe, et interiectio, ohe.
Aduerbia fere, ferme, et quæ fiunt ab adiectiuis, pie, pulchre, apprime.
Sed bene et male corripiuntur.
Ne prohibendi producitur.

I

I longũ eſt. domini, patri, amaui, amari, amandi.
Corripiuntur, niſi, quaſi, et moly.
Variant, mihi, tibi, vbi, ibi.

O

O variat. leo, ego, amo, amando.
Producuntur monoſyllaba, do, O, Pro.
Datiui et ablatiui, domino.
Aduerbia ablatiuo ſimilia, vt falſo, primo, tanto, quanto,
Corripiuntur cito, modo, quomodo, ſero.
Sin longa reperias, refer ad canonem.
Ergo pro cauſa ſemper longum eſt, alioqui ſyllabam habet ancipitem.

V

V in omnibus producitur, cornu, ieſu.

B.

B corripitur, ab, ob, ſub. Excipe hebraica, Job, Jacob, Aminadab.

C

C longũ ẽ, dic, duc, hoc, ac, ſic.
Corripe lac, fac, nec, donec.
Hic aduerbium producitur, et ſcribi ſolet per ei diphthõgum heic.
Hic pronomen variat.

D et T

D et t corripiuntur, illud, iſtud, ad, apud, ſed, quod, quid, caput, amat.
Excipe Dauid.

L

L corripitur. tribúnal, hannibal, mel, vigil, pugil, conſul. nihil.

Producuntur. ſal, nil. ſol.

Et hebræa, michaél, iſráel.

N

N longum. titan, ren, hymen, delphin, corydon, non, quin.

Excipe an, forſan, forſitan, in, proin, dein, exin, tamen, attamen.

Et quæ per apocopen facta ſunt, vt viden, egon, men, ten, pro vidéſne.

En ĩnis vt nomen, crimen et cætera.

R

R breue. vt cæſar, pater, vir, hector, ſatur, fer.

Producuntur aer, æther, ver, far, nar, par, fur, cur, et quandoq; cor, ſed rectius corripitur.

Iber ibéri vel ibéris habet er longum.

Celtìber anceps eſt. pro quo etiam dicitur celtibéras e longo.

As

As vbiq; longum ſcholas, bonitas, amas, doceas, foras. et cætera.

Es

Es longum.vt moles.inquies.ceres, pes cũ compoſitis,hoīes,dies,ames,amares, doces,leges,audies.

Corripiuntur,penes præpoſitio. et es a ſum. es ītis vt miles, es ìdis vt obſes, es ĕtis vt teres.

Is

Is breue.piſcis.quis.ſcribis,ſcribitis,bis, ais,cis vnde ciſalpinus cis breui.

Producitur oīs caſus pluralis,ſcholis, dominis.Sic quis pro quibꝰ, tris pro tres. quæ ſcribi ſolent per diphthongũ ei,queis, treis.

Item is itis ſis ſinis penultima longa.vt dis, lis, quiris, ſalamis, Sic glis et vis. Adde vis a volo, ſis pro ſi vis .quamuis. uteruis, quiuis.

Et perſonas in is.quarum plurale ītis penultima longa.vt ſis,poſſis,adſis ,proſis, velis ,nolis, audis.

In ſubiunctiuo ris præteriti produci volunt,et inde rimus et ritis ri longo. Sed facile eſt breuem aſtruere, ſi memineris cæſuræ,de qua dicemus poſtea.

## Os

Os longum eſt. dominos, flos.
Excipe compos, impos, os oſſis.

## Us

Us breue. dominus, hic et o fructus. tempus, genus, amamus, piſcibus

Producũtur monoſyllaba, mus, thus, ſus, grus, et cætera.

Us quartæ declinationis, præter nominatiuũ et vocatiuum ſingularem.
huius fructus, hi, hos, o fructus.
Us útis, údis, et úris longum, vt virtus, palus, tellus. adde Jeſus.

## Græcorũ quantitas

Noīa primæ declinationis in as es et e, quouis caſu producuntur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| as | æ | æ | an | a | a |
| es | æ | æ | en | e | e |
| e | es | e | en | e | e |

æneas, anchiſes, penelope

Nomina in a quædam longa, quædam breuia, tántó q̃ accuſatiuo.
Mna mnan longa. maia maian breuia.

Quædã in es, etiam per a latinũ declinantur. Atrides vel Atrida, vt poeta.

Sic finita in a longum vel e, latinorum
quoqȝ more declinantur per a breue.
hæc leda, helena, et ſimilia.

In ſecūda dclinatione breuis eſt ntūs os,
accūs on, et neutra in on.
exodos, exodon, Glycerion.

Quorūdam lõgus eſt ntūs os, et gtūs o.
Androgeos, Androgeo.

In tertia declinatione corripitur gtūs
os, dtūs i, accūs a vel in, vtūs i. pluralis
ntūs es, accūs as. vt pallados, palladi,
pallada, alexin, alexi, arcades, arcadas.
At genitiuus pluralis on producitur, et in
hac et quauis alia declinatione, hæreſeō,
georgicon.

Corripitur ntūs à ātos, ās ādos, ìs eos,
ìs ìdos. et es neutrum. vt dogma, monas,
geneſis, Daphnis, cacoëthes.
Producunt autē ntūs o us, Clio. on quod-
uis, agō, canon, Charon. ter téros crater
is ĩnis ſalamis. ois oentos opois,
us untos Opus. us odos melampus.
pluralia neutra in e Tempe.

Hebræa ferme vltimam producunt.
Iacob. Ioſeph.

## Ratio metrica.

Verſus certis conſtat pedibus.
Pes numerus ē certarum ſyllabarum.

### Pedes diſſyllabi.

Spondæus, duæ longæ. — — vincens.
Pyrrhichius, duæ breues. ∪ ∪ deus.
Iambus, breuis cum longa. ∪ — deos.
Trochæus, longa cum breui. — ∪ vincit.

### Pedes triſſyllabi.

Moloſſus. — — — mecœnas.
Tribrachus. ∪ ∪ ∪ dominus.
Dactylus. — ∪ ∪ ſcribere.
Anapæſtus. ∪ ∪ — pietas.

### Pedes quatuor ſyllabarum.

Proceleumaticus, duo pyrrhichij: ariete, ∪ ∪ ∪ ∪
Choriambus, choræus et iambus. nobilitas — ∪ ∪ —. vocatur autem trochæus alio nomine choræus.

Sunt et alij pedes. ſed quos poſuimus in præſentia ſuffecerint. et qui reliqui ſunt, conſtant ex prædictis.

Syllaba longa duo dicitur habere tempora, breuis vnum. ob id quod pronunciādo longam ſyllabam, diutius perſiſtimus, q̄ in breui.

## Verſus hexameter

Hexameter conſtat ſex pedibus. quintus pes, ſemper dactylus, ſextus ſemper ſpondæus. reliqui quatuoꝛ aut dactyli aut ſpondæi.

Panditur interea domus omnipotentis olympi. metire pedes.

panditur –⏑⏑ intere –⏑⏑ a domus –⏑⏑
omnipo –⏑⏑ tentis o –⏑⏑ lympi ––

Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras. metire.

luctan –– tes ven –– tos tem ––
peſta –– teſque ſo –⏑⏑ noꝛas ––

Muſa mihi cauſas memoꝛa, quo numine læſo, metire.

muſa mi –⏑⏑ hi cau –– ſas memo –⏑⏑
ra quo –– numine –⏑⏑ læſo ––

Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. metire.

ſylueſ –– trem tenu –⏑⏑ i mu ––
ſam medi –⏑⏑ taris a –⏑⏑ uena ––

Nos patriæ fines, et dulcia linquimus arua. metire

nos patri –⏑⏑ æ fi –– nes et –– dul
cia –⏑⏑ linquimus –⏑⏑ arua ––

Ultima ſyllaba cuiuſq; verſus eſt anceps, id eſt longa vel breuis, vt loco quadrat. ſicut in verſu modo poſito, arua eſt ſpondæus et ſyllaba ua cenſetur longa, cum tamen ſuapte natura ſit breuis.

## Ecthlipſis et ſynalœphe

Ecthlipſis eſt, quando m finis dictionis, vna cum præcedente vocali perditur ob vocalem ſequentis dictionis.

Synalœphe eſt, quando vocalis in quã dictio deſinit, perditur ob vocalem ſequẽtis dictionis.

Velum aduerſa ferit, fluctus que ad ſydera tollit. metire.

vel ad— — uerſa fe—◡◡ rit fluc—.—
tus qu ad— —ſydera—◡◡tollit— —
velum ad, vel ad. tus que ad, tus qu ad.

Excipe heu et o, quod etiam corripitur. heu vbi pacta fides? vbi quæ iurare ſolebas?

O vtinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat.

Te Corydon o Alexi, trahit ſua quẽq; voluptas.

Apud Hebræos h iuſta eſt litera, et cum cæteris collocatur conſonãtibus. eos in ſcriptura ſequimur. Græcis tantum eſt aſpirationis nota, hos imitamur, cum de q̃titate loquimur. nam h nihil ad poſitionem confert.

Atque humiles habitare caſas, et figere ceruos.

atque humi –◡◡ ſynalœphe eſt, perinde acſi h non adeſſet.

Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.

deferor –◡◡ dactylus. alioqui ſi h eſſet conſonans, ſyllaba ror producenda eſſet propter poſitionem, ror h.

Poſitio enim eſt, ſiue ambæ conſonantes ſint in eadem dictione, ſiue altera in priore dictione, altera in poſteriore, vt in verſu modo citato pit tem ––.

Hexameter verſus dicitur, quod conſtet ſex metris, id eſt menſuris. Vocatur etiam heroicus, quod heroum et regum res geſtæ hoc carminis genere deſcribantur. et ſi alijs quoque materijs adhibeatur.

## Cæſura.

Cæſura eſt decora terminatio vocũ in medio verſuum, cum poſt aliquos pedes ſuperat ſyllaba dictionem finiens.

## Cæſura multiplex.

Pentemimeris eſt, cum ſuperat ſyllaba poſt duos pedes.

Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. ſyllaba ues.

Pẽtemimeris, id eſt ſemiquinaria. eſt enĩ dimidium quinque pedum, nempe duo pedes cum ſemipede.

Heptemimeris eſt, cũ ſuperat ſyllaba poſt pedes tres.

Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites. ſyllaba ros.

Heptemimeris, id ẽ ſemiſeptenaria. dimidium videlicet ſeptem pedum.

Trochaica tertia, quando trochæus dictionem finit poſt duos pedes.

Non omnes arbuſta iuuant, humileſq; myricæ. Trochæus buſta.

Trochaica quarta poſt tres pedes.

Hic viridis tenera prætexit arũdine ripas. Trochæus texit.

Optimus verſus, qui creber ē cæſuris:
Sicelides muſæ paulo maiora canamus.

Inamœnus, qui cæſura caret.
Ut te Naſidieni iuuit cœna beati.

Secundus pes ægre dictionem admittit integram.

## Pentameter

Pentameter conſtat duplici pētemimeri, heroica et dactylica. hoc eſt habet duos primos pedes hexametri, cum ſyllaba lōga, quæ ſit finis dictionis. deinde duos dactylos cum ſyllaba.

Cedit amor rebus. res age, tutus eris.
Cedit a – ∪ ∪ mor re – – bus –
res age – ∪ ∪ tutus e – ∪ ∪ ris –

Duæ illæ quæ ſuperāt ſyllabæ, pedem vnū conficiunt. ideoq; pedes ſunt quinque. id eſt enim pentameter, hoc eſt menſuræ quinque.

Alij tertium pedem faciunt ſpondæum duos reliquos anapæſtos, hoc pacto.
Cedit a – ∪ ∪ mor re – – bus res – –
age tu ∪ ∪ – tus eris ∪ ∪ –

Sine pentemimeri non ſatis decorus eſt verſus pentameter.

## Elegiacum

Elegiacũ carmen cõſtat hexametro et pentametro.

Nec veneris, nec tu vini capiaris amore:
Uno nãq; modo vina venuſq; nocent.

Ferme binis verſibus, id eſt diſticho aut ſenſus abſoluitur, aut ſententia ſuſpenditur, perficienda diſticho conſequente. Totum poema huiuſmodi diſtichis compoſitum vocatur elegia. quæ primo in res triſtes, nunc in quaſuis quadrat.

## Aſclepiadeum

Conſtat ſpondæo, dactylo, ac ſyllaba longa. deinde duobus dactylis. nec elegans eſt ſine pentemimeri.

Mecænas atauis edite regibus.
mecæ — — nas ata — ◡ ◡ uis —
edite — ◡ ◡ regibus — ◡ ◡

Dicitur Aſclepiadeum carmen ab inuentore Aſclepiade. Alij Choriambicum appellant pedum gratia. ſiquidem hunc verſum metiuntur ſpondæo, duobus choriãbis, et pyrrhichio. hoc modo.

Mecæ — — nas atauis — ◡ ◡ —
edite re — ◡ ◡ — gibus ◡ ◡.

## Sapphicum.

Sapphicus verſus cõſtat trochæo, ſpõdeo, dactylo et duobus trochæis.

Abſtulit clarũ cita mors Achillem.

Abſtu — ◡ lit cla — — tum cita — ◡◡ mors A — ◡ chillem — ◡.

Sappho puella primum hoc genere vſa fuit. inde nomen inditum.

Penthemimerim amat et hoc carmen, perinde vt pentametrum.

Poſt ternos Sapphicos addi plærumqꝫ conſueuit verſus Adonius, ab Adone inuentore ſic appellatus, et conſtat dactylo et ſpondæo.

Auream quiſquis mediocritatem:
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti. caret inuidenda.
Sobrius aula.

## Phaleucium.

Conſtat ſpondæo, dactylo, ac deinde tribus trochæis.

Contentus modicis meóqꝫ lætus.

Conten — — tus modi — ◡◡ cis me — ◡ oqꝫ — ◡ lætus — ◡

Nomen habet ab inuentore Phaleuco.

Dicitur et hendecaſyllabum a numero vndecim ſyllabarum. eſtq; inelegans citra pentemimerim.

Iſtos compoſuit Phaleucus olim.

Qui pentemimerim tenent priorem.

Poeta Catullus primum pedem in phaleucijs contra aliorum morem fecit iābum.

Meas eſſe aliquid putare nugas.

Meas ◡ – eſſ ali – ◡ ◡ quid pu – ◡

tare – ◡ nugas – ◡.

Iambica

Locis imparibus recipiunt quinq; pedes, iambum, tribrachum, anapæſtum, ſpondæum, dactylum.

Locis vero paribus, iambum, tribrachum, et apud Comicos anapæſtum.

Imparia loca vocāt, primum, tertium, quintum,

Paria loca, ſecundum, quartum, ſextum.

Monometrum, dimetrum, trimetrum, tetrametrum, quod cōſtat vna, duobus, tribus, quatuor menſuris.

Sed in Iambicis menſuræ ſiue metri nomine intelliguntur pedes duo.

Catalecticum, cui vna deeſt ſyllaba.
Brachycatalecticum, cui duæ.
Hypercatalecticum, cui vna ſyllaba ſuper-
eſt.
Acatalecticum, cui nec quid deeſt, nec ali-
quid ſupereſt.

Monometrum

Ariſtophanium, hypercatalecticum.
Valles per imas. ſupereſt.
— — ∪ —, —

Dimetrum

Euripideum, brachycatalecticum.
Deus decus meum. deſunt
∪ — ∪ — ∪ —

Anacreontion, catalecticum.
Diſſolue bacche crines. deeſt
— — ∪ — ∪ — ∪

Archilochium, acatalecticum.
ſerena lux micat polo.
∪ — ∪ — ∪ — ∪ —

Alcaicum, hypercatalecticum.
amant venena parricidæ.. ſupereſt.
∪ — ∪ — ∪ — ∪ —, —

Ex his facile liquet, vbi ſuperſit, aut
deſit ſyllaba.

### Trimetrum

Archilochium, acatalecticum.

martẽ fatigat prodigus vitæ furor.

– – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ –

Scazon, id eſt claudicans

Nec ſonte labra prolui caballino.

– – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – –

Differt a ſuperiore, quod ſexto loco habeat ſpondæum, quinto Jambum cõmutatis videlicet inter ſeſe pedibus.

### Tetrametrum

Ariſtophanium, acatalecticum.

ludos amat puella nobilis

– – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

pudicos et leues.

⏑ – – – ⏑ –

Jn trimetris ac tetrametris quomodo ſe habeant catalecticon, brachycatalecticõ, et hypercatalecticon, diſcere licet ex Dimetris.

Sunt præterea et alia carminum genera, trochaica, dactylica, anapæſtica. quæ a dominante pede nomen acceperunt. ſed quæ expoſuimus, tritiſſima ſunt.

Monocolon dicitur, quando carmen conſtat ex verſibus eiuſdem generis, vt cum omnes ſint vel hexametri, vel pentametri, vel aſclepiadei, vel iambici. et ita de cæteris.

Dicolon eſt, quando duo miſcentur genera vt hexametrum cū pentametro, ſapphicum cum adonio.

Sic tricolon, cum tria. tetracolon cum cōueniunt genera quatuor.

Diſtrophon vocatur, vbi poſt ſecūdum quenque verſum, ad prius genus reuertimur. vt in elegiaco.

Triſtrophon, vbi poſt tertium verſum.

Tetraſtrophon, vbi poſt quartum.

Monocolon, dicolō diſtrophon, dicolon tetraſtophon, tricolon tetraſtrophon, in odis Horatianis paſſim reperies.

Triſtrophō ſemel tantum, in ode duodecima libri tertii.

Quæ vero genera cum quibus miſceantur, poætarum docebit lectio.

Horatius in lyricis carminibus, Ouidius conſulatur in elegiacis. Virgilius et Lucanus in heroicis.

In verſu hexametro quintus pes repe‑
ritur ſpondæus, quod rei grauitas, aut
alius quiſpiam mentis affectus, tardum
pedem poſtulet.
Chara deum ſoboles magnum Iouis in‑
crementum.
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina
circunſpexit.
Hi ſpōdaici dicuntur verſus, et ferme tum
dactylus eſt loco quarto.
Ex poeta Ennio proferunt verſum, qui ſo‑
lis conſtet ſpondæis.
Ciues Romani tunc facti ſunt Cāpani.
Sextus quoqꝫ pes interdum dactylus:
At tuba terribilem ſonitum procul excitat
horrida.
quem dactylicum verſum appellant.
Quin et anapæſtum reperies.
Fluuiorum rex Eridanus, campóſqꝫ per
omnes.
Et proceleumaticum quoqꝫ.
Genua labant, vaſtos quatit æger anheli‑
tus artus.
Qualia raro et ſeruato temporum nume‑
ro poetæ facere conſueuerunt.

Syllaba breuis propter cæſuram fit lō-
ga, eſtq; id ferme ī pētemimeri.
Omnia vincit amor, et nos cedamus a-
mori. mor et — — ſpondæus.
Dona dehinc auro grauia, ſectoque ele-
phanto eſt heptemimeris.
Dum ſanguis inerat, dum vir materna
peregit. guis ine — ∪ ∪ dactylus.
Cæſuræ licentiam nimis quidam oderunt,
quidam ea liberius vtuntur.

Literam m veteres non interimebant.
Inſignita fere tum millia militum octo.
militum — ∪ ∪ dactylus.
Nam in illo Auſonij,
Poſt m inciſum eſt, puto ſic non tota vide-
tur. m litera eſt, non ſyllaba.

Veteres interimebant literam s.
Nam fierent iuuenes ſubito ex infantibus
paruis, fantibu — ∪ ∪ dactylus.
Tale putant quidam illud Horatij.
Regis opus, ſterilisq; diu palus aptaq;
remis. u palu — ∪ ∪ dactylus.
Iuuenalis etiam ecthlipſi vſus eſt.
Diſpoſitis prædiues hamis vigilare co-
hortem. diues ha — — ſpondæus

Hypermeter verſus eſt, qui poſt legitimos pedes, ſyllabã habet ſuperuacaneã, quæ a vocali ſequentis verſus perimitur ecthlipſi aut ſynalœpha.

Et dulcis muſti Vulcano decoquit humorem Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni rem Et foli —∪∪ dactylus.

Sternitur infelix alieno vulnere, cœlũque Aſpicit, et dulces moriens reminiſcitur agros. quaſpicit —∪∪

Synalœpha et ecthlipſis quandoque vim magnam tenent artificij.

Monſtrum horrendum informe ingens cui lumen ademptum.

Hoc verſu Virgilius optime Polyphemum nobis depinxit.

Vocalis vltima quandoqꝫ non tollitur ſynalœpha, ſed tantum corripitur.

Et longum formoſe vale, vale inquit Iola. le vale —∪∪ dactylus.

Quin etiam ſeruatur vocalis longa.

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. o Ara —∪∪

Lamentis, gemituqꝫ et fœmineo vlulatu o vlu —∪∪.

De poſitione

Poſitionem eſſe, cum vtraqꝫ conſonans eſt in altera dictione, probant hoc verſu Virgiliano, e nono Eneidos.

Ferte citi flammas, date tela, ſcādite muros. tela -- ſpondæus.

Nam in illo ex vndecimo, Ponite, ſpes ſibi quiſqꝫ, ſed hæc q̄ꝫ anguſta, videtis. et in illo Horatij, Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ, et ſimilibus, aiūt s potius ſpiritū eſſe q̄ꝫ literam.

Alij legunt, et ſcandite, vel aſcendite, nec locum eſſe volunt poſitioni. et quicquid affertur, præſidio cæſuræ defendunt. vt illud Virgilij.

Tribulaqꝫ trabeæqꝫ, et iniquo pōdere raſtri.

Atlas, cocles, cygnus, recludo procneſſos, tecmeſſa, etſi poſitione producātur, natura tamē corripiuntur.

Tempus atla veniet, tua quo ſpoliabitur arbor.

Geminantur quædam verſus gratia. rettulit, repperit, reppulit. natura enim primam habent breuem,

Diphthongus in eadem dictione ante vocalem etiam corripitur.
Stipitibus duris agitur, ſudibusue præuſtis. busue præ – ∪∪
ſic et in alijs cōpoſitis a præ.
Reijcio producit re, ratione poſitionis. at apud Virgilium.
Tityre paſcentes a flumine reice capellas.
tollitur alterum i, et re breue manet.
eſt enim reice ca ∪∪∪∪ proceleumaticus, qui per ſyneresim fit dactylus:
reice – ∪∪. De ſynereſi poſtea.
Syſtole lōgam ſyllabam corripit.
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.
Ectaſis breuem producit.
Italiam fato profugus Lauinaqz venit.
Orion primam natura lōgam habet, Italia contra breuem.
Vocalis ante vocalem in Græcis dictionibus ſæpe producitur. et alioqui crebro diphthongus eſt, quæ putatur vocalis. ſed hæc petantur a Græcis, quemadmodum et declinationes græcanicorum.

Synæreſis eſt, quando in eadem dictione, duæ ſyllabæ contrahūtur in vnam.

Seu lento fuerint aluearia vimine texta. uearia – ∪ ∪ triſyllabum

Idem contingit in adiectiuis in eus, ferreus, aureus, item eodem, eadem, eoſdē, alueo, duodecies, theodoſius aeripedem, et quibuſdam alijs.

Sic ferme ſemper ſynæreſim patiuntur, huic, cui, dij, dijs a nō dius, ij, ijſdem, et quandoqȝ proin, dein, dehinc, deeſt, deerunt, et conſimilia.

Cui pendere ſua patereris in arbore poma. cui pen – –

Diæreſis contra, ſyllabam diuidit.

Nunc quoque te ſaluo perſoluenda mihi. perſolu – ∪ ∪ dactylus.
id accidit in verbis ſoluo et voluo.

Tale eſt ſyluæ in hoc Horatiano.

Niueſque deducunt Iouem nunc mare
∪ – ∪ – – – ∪ – – ∪ ∪
nunc ſyluæ.
– ∪ ∪ –

Verſus ē Archilochius, conſtās dimetro, et pentemimeri heroica.

V poſt g q ſ liqueſcit. nec conſonans eſt, nec vocalis. lingua, aqua, ſuauis. Verum poſt ſ interdum fit vocalis, vt in hoc phaleucio Virgilij.

Non lux, non cibus eſt ſuauis illi.

– – – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – ∪

Qualis diæreſis etiam reperitur in ſuaſit, ſuetus, et conſimilibus.

Cum mihi non tantum fureſqꝫ feræque ſuetæ.

∪ – –

V conſonantem aiunt per diæreſim fieri vocalem in hoc Terentij ſenario.

Sine inuidia laudem inuenias, et amicos pares.

I ſimiliter vocalem credunt in illo ſenario Plauti

Hoc agite ſultis ſpectatores nunc iam.

Iulius triſſyllabū. Iulus nunc diſſyllabum, nunc triſſyllabum. ſic iazyx.

Iulius a magno demiſſum nomen Iulo.

Horatius autem fecit diſſyllabum.

Iule ceratis ope Dedalæa. ſapphicus.

– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – ∪

I in Græcis ſemper eſt vocalis. Iaſon, Iambus, Iapix triſſyllaba.

Quare Græci vertentes Hebraica, i conſonans hebraicum, neceſſario faciunt vocalem, dicētes Ioſeph triſſyllabum, cum Hebræis ſit diſſyllabū יוסף ſcribitur enim per iod verā cōſonātem. id quod agnoſcētes latini dixerunt Iudæus triſſyllabum. Græci autē, ἰουδαῖος quatuor efferunt ſyllabis, quod careant i conſonante.

Quāobrē ſiquis Iacobus, Iacob, Ieſus, Iudas et huiuſmodi, protulerit i cōſonāte, non peccabit.

Diſſyllabū tamen eſt hebræis Iob, ſiquidem ſcribitur ſic איוב quā vocē curioſus quiſpiam exprimeret latine Iiob, vt prior litera ſit vocalis, poſterior cōſonans. adeo vt ſi obſerues hic præceptum de poſitione, Iiob priorem habeat longam.

Quāq̄ iam vſus obtinuit Iob vnico i. et plæraq; barbara tam Latini, q̄ Græci ad ſuæ linguæ decorum accōmodare ſtuduerunt. quæ recepta quiſquis mutare voluerit, et nouam ſcripturam ingerere, ridiculus potius, q̄ doctus habebitur.

104. g. 61. 55.

dimidium facti qui cepit habet
Sapere aude

dimidium facti qui bene cepit

quod fueras primo sanabulo
Salutem longis damna tulisse moris

Mens anima est sanguis mortalibus. hoc qui caret nec sibi sedulo paravit minus hic inter mortuos circumambulat

Aloeg

Miserrimum fame perire

praestat unimali quam multis esse obnoxium